M. Th. o. Sch. 39 (JNK)

In ſoliloquiũ ſeu anime et hominis interioris dyalogũ boneuenture Incipit feliciter **Prologus**

Flecto genua mea ad patrem domini noſtri ihesu xp̄i/a quo omnis paternitas in celo et in terra nominatur/vt det vobis ſcd̄m diuicias glorie ſue virtutē corroborari per ſpūm eius in interiori homine xp̄m per fidem habitare in cordib⁹ veſtris in caritate radicati/et fundati/vt poſſitis cōprehendere cū omnibus ſanctis que ſit longitudo latitudo ſublimitas ⁊ pfundū/ Scire eciā ſupeminentē ſciencie caritatem criſti vt impleamini in omnē plenitudinem dei Apl's paul⁹ Vas eterne electionis/ſacrariū diuine ſanctificacōnis/ſpeculum ⁊ exemplar ſupne cōtemplacionis/in verbis p̄miſſis oſtendit nobis mentalis exercitationis ortū/obiectū et fructum/ Mētalis enim exercitatio ſi debet eſſe pia ⁊ ſalutifera oꝫ ꝙ heāt potenciam ſupnaturaliter cōfortantem/ſapiām regulantem/et clemenciam cōſolantem / Flectat igitur anima deuota/diuine cōtēplatiōis amore ſuccenſa genua mentis/ añ thronū beatiſſime ⁊ incōphenſibilis trinitatis/pulſet humiliter/et poſtulet ſapienter dei patris cōfortatricē potēciā ne labore depreſſa ſuccūbat/dei filij regulatricem ſapienciā ne errore ſeducta a veritate deuiet/dei ſpūs ſancti conſolatricem pietatem et clemenciā/ne tedio deuicta deficiat Omne eñ datū optimum/et donū pfectū/de ſurſū eſt deſcēdens a patre luminū Et ſcd̄m auguſtinū Omne bonū noſtrū deus aut a deo eſt/vñ nō imerito in omnis boni inicio ille ē inuocand⁹/a quo omne bonum originaliter pgreditur/p quē omne bonum exemplariter producitur/ad quem omne bonū finaliter reducitur Hec eſt illa ineffabilis trinitas pater filins et ſpiritus ſanctus/quā tangit apoſtolus cū dicit Flecto genua mea ⁊c Secundo oſtendit iſtius ſalutifere mētalis exercitacionis obiectū Obiectum vero exercitatiōis

deuote mentis/dicuntur eſſe interiora / exteriora/ inferiora
ſupiora / Debet enim anima deuota per mentale exerciciū
contemplacionis radium deflectere Primo ad interio-
ra ſua/vt videat qualiter ſit creata per naturam Secūdo
debet cōuertere radium contemplacionis ad exteriora/vt
cognoſcat ꝙ inſtabilis ſit mundana opulencia/ꝙ mutabilis
mundana excellencia / et ꝙ miſerabilis mundana magnifi-
cencia Debet eciam tercio conuertere radium contēpla
tionis ad inferiora / vt intelligat humane mortis ineuitabi-
lem neceſſitatem / iudicij finalis formidabilem auſteritatē/
pene infernalis intollerabilem penalitatem Debet eciā
quarto conuertere radium contemplacionis ad ſuperiora/
vt cognoſcat et ſapiat celeſtis gaudij ineſtimabilem precio-
ſitatem/ ineffabilem deliciofitatem / interminabilem eterni
tatem Hec eſt illa crux beata quatuor finibus terminata/
in qua o anima deuota cum dulciſſimo ſponſo tuo ihesu criſ
to/debes iugiter pendere meditando / Hic eſt currus ille
igneus/quatuor rotis conſūmatus / in quo debes poſt tuuz
amicum fideliſſim̄ aſſidue contemplando celi palacium poſ
ſidere Hec eſt illa quadruplex regio videlicet orientalis/
occidentalis / aquilonalis / et meridionalis quam tuo ani-
ma debes cotidie peregrinando intrare / et tuum ſpecialiſ-
ſimum dilectum in eo ſpeculando querē / et inueſtigare / vt
poſſis dicere cū ſponſa In lectulo meo per noctem queſiui
quem diligit anima mea Hec quatuor tangit apoſtolus
cum ſubiungit / vt poſſitis comprehendere cum omnibus
ſanctis que ſit longitudo / latitudo ſublimitas et profundū
Tercio oſtendit fructum exercitacionis ſalutifere mentis/
fructus autem iſtius ſalutifere exercitacionis ſi digne ⁊ lau
dabiliter exequatur / eſt felicitas eterna / que eſt quid opti-
mum et pulcherrimum/et per ſe ſufficientiſſimū nullo extra
ſe indigens. In qua videbimus et amabimus et laudabi-
mus ineternum/et vltra eum qui eſt ſuper omnia benedictꝰ

in ſecula Hūc fructum premittit apoſtolus / cum ſermonem
concludit ſic dicens / vt impleamini in omnem plenitudinē
dei / Hanc plenitudinem inuenimus / quando deus factus fu
erit voluntati multitudo pacis / racioni plenitudo lucis / me
morie cōtinuacio eternitatis / Tunc enim erit deus omnia
in omnibus / cū a racione omnis error / a voluntate ōnis do
lor / a memoria omnis timor receſſerit / ꝛ ſucceſſerit illa quā
ſperamus mira ſerenitas / diuina iocunditas / et eterna ſecu
ritas Hunc tractatum inſtigāte cōſciencia ꝓpter ſimpli
ciores quoſqꝫ / ſimplicibus verbis de ſanctorum dictis co-
pulaui / ꝑ modum cuiuſdam dyalogi In quo anima deuo-
ta / veritatis eterne diſcipula / meditando interrogat / et inte
rior homo mentaliter loquendo reſpondet / Ut autem ad
iſtius mentalis exercitationis ineſtimabilem contemplacō
nem ꝑueniamus / ab exordio incipiamus / et ad prēm luminū
humiliter inuocando accedamꝰ / genua cordis deuote flec
tamus / ante thronum diuine maieſtatis / et ante ſolium in
diuidue trinitatis / lacrimis et gemitibus inceſſanter clame
mus / vt deus pater per ſuum filium benedictum / donet in
ſpiritu ſancto nobis graciam exercitandi mentaliter / vt poſ
ſimus cognoſcere que ſit longitudo latitudo ſublimitas et
ꝓfundū / vt tandem ꝑ hanc contingamus ad eum qui eſt ō-
nis deſiderij finis et conplemētum anime

Explicit prologus boneuenture in dyalogo anime et ho-
minis interioris

Sciendum inſuper ꝙ tractatus iſte deuotus / ac cuiliꝫ criſ-
tiano vtilis et neceſſarius anteꝙ̄ diuideretur ꝑ partes / erat
non nullis aliqualiter inſipidus tanꝙ̄ panis integer ac ſo-
lidꝰ Ad maiorē ergo ipſiꝰ declaracōeꝫ ꝛ dulciorē eiꝰ ſaporē
poſtea diuiſus fuerat in quatuor partes / Deinde ſcd̄m ſin
gulas materias fractus eſt / in varias pecias / tanꝙ̄ in dulces

micas / pro incipientibus et puulis criſti deuotis Nam ſe-
cundum gregorium vnguenta cõmota lacius redolent / ⁊ a-
romata cum incenduntur flagrãciam ſuam expandunt.
In prima parte agitur de anima videlicet ꝙ generoſe a do
ſit creata / ꝙ vicioſe per ipſam deformata / et ꝙ miſericordi
ter per criſtum reformata In parte ſecunda agitur de mũ
do videlicet ꝙ inſtabilis ſit mundana opulencia / ꝙ mutabi
lis mundana excellencia / et ꝙ miſerabilis mundana magni
ficencia In tercia de mortis neceſſitate / iudicij auſteri-
tate / et inferni acerbitate In quarta de gloria et gaudi-
is paradiſi celeſtis

Incipit dyalogus boneuenture domini Cardinalis in
quo anima deuota veritatis eterne diſcipula meditando in
terrogat ⁊ interior homo mentaliter loquendo reſpondet
Pars prima in cuius principio anima petit modum exerci
tã di ſe in contemplacione dicens

NJc q̄ſo o homo ſi ſic p⁹ deuotam inuocationem diuine magnificencie / ⁊ poſt humilem iploracionē eterne ſapiencie / et demū poſt flebilem ſupplicacionem ſupne pietatis et clemēcie / grām exercitandi mentaliter circa hanc quadruplicem materiā / viꝫ longitudinis latitudinis ſublimitatis et ꝓfunditatis optinerē / quo ordine inchoarē / ne meritū hui⁹ exercitacionis omittam / et indebito ordine ignorāter ꝓcedam Ordinis ignorācia ſcd̄m ambroſium ꝑturbat formā meritorū nec reputatur ſcd̄m eundē ꝑfecta rei cognicio in nobis exiſtere / cū ſcim⁹ quid eſt faciendum / et ignoramus quo ordine ſit procedendum.

Hic docetur modus ac forma exercitandi ſe ad contemplationem ac dei ac ſui cognicionem Homo

O anima ſecūdū Bernardū / a te tua conſideracio inchoet ne fruſtra extendaris ad aliena / te neglecta / multi eñ multa ſciūt et ſeipſos neſciūt / alios inſpiciūt / et ſeipſos deſerūt deum q̄runt ꝑ exteriora / deſerentes ſua interiora Jdcirco ab exterioribus ad interiora rediā / ab inferioribus ad ſupiora ꝯſcendam / vt poſſim cognoſcere vnde veni / aut quo vadam vñ ſim / et quid ſim / Et ita ꝑ cognicōem mei aſcendā ad cognitiōꝫ dei. Criſoſtom⁹ nō mīma ꝑs phie ē cognicio ſui Jtē ambroſi⁹ Agnoſce te o homo quātus ſis attende tibi vt cōſideres / quid in te intret in cogitacione / quid exeat in ſmone et in opacione / ergo vitā tuā o anima cotidiana diſcuſſione examina / et diligenter attende / quātū ꝓficias et quantū deficias / qualis ſis in moribus / qualis in affectionibus / q̄ ſimilis ſis deo / et q̄ diſſimilis / q̄ prope / et q̄ longe

Jllud ſemper agnoſce multo laudabilior et melior es / ſi te

agnoſcis/ ꝙ ſi te neglecta curſus ſyderum/ vires herbarum/ complexiones hominum/naturas animalium cognoſceres et ſciām omnium celeſtium et terreſtrium haberes / Rede ergo te tibi et ſi non ſemper ſaltem interdū / Rege tuos affectus / dirige tuos actus/corrige greſſus

Radius prime contemplacionis qui eſt de anime nobilitate videlicet ꝙ generoſe per naturam ſit creata

Igitur o anima tene cōſilia ſanctorum et primo radiū cōtemplacionis cōuerte ad orientalem regionem / hoc ē ad conſideracionem tue condicionis/diligenter ergo conſidera/ ꝙ generoſe a ſummo artifice facta ſis per naturam/ ꝙ vicioſe a tua voluntate deformata ſis per culpam / et ꝙ gracioſe a diuina bonitate ſepius reformata ſis p̱ graciam

Primum beneficium noſtri creatoris

Primo igitur conſidera ꝙ generoſe formata ſis per naturam / generoſitas tua naturalis vt eſtimo in hoc conſiſtit/ quia tibi naturaliter ad tui decorem impreſſa eſt ymago beatiſſime trinitatis Unde ancelmus Fateor domine et gracias ago quia me creaſti ad tuā ymaginē/ vt ſemper memor tui ſim/te cognoſcam/et te diligam Item bernardus Scōm interiorem hominem tria in me inuenio / per que deū recolo/conſpicio/et concupiſco/Et ſunt hec tria.memoria/ intelligencia / et voluntas/ Cum dei reminiſcor / in ipſo de ipſo delector / memoria enim eius ſup̱ vinum Cum intelligencia ipſum intueor/ qn̄tum in ſe ſit incomprehenſibilis/quia principium et finis quantum in angelis deſiderabilis / quia deſiderāt in eum proſpicere / quantum in ſanctis omnibus delectabilis/ quia in eo aſſidue letantur quantum in creaturis omnibus ſit admirabilis / quia omnia potenter creat/ ſa

pienter gubernat et benigne diſpenſat Cum deum per vo‑
luntatem diligo me in ipſum traſformo Hec enim eſt vir‑
tus amoris / vt talem te eſſe oportet / quale eſt illud quod a‑
mas Recognoſce ergo anima mea / q̄ꝫ mira ineſtimabi‑
lis dignitas eſt / eſſe non ſolum veſtigium creatoris / qd̄ cōe
eſt omnibus creaturis / ſed eſſe ymaginem quod proprium
eſt creature racionalis / Lauda ergo o anima mea dominū
lauda deum tuū ſyon Expergiſcere et lauda / exulta et gau‑
de / quia inſignita es dei ymagine / decorata ſimilitudine p
ticeps racionis / capax eterne beatitudinis

## Secundum beneficium noſtri conditoris

Sed quia hec modica forte immerito iudicarentur / ſi mor‑
te finirentur / exulta et lauda quia cum predictis omnibus
dedit tibi naturam immortalem / ſubſtanciam incorrupti‑
bilem duracionem interminabilem / et vitam perpetuam /
ymago enim eterne trinitatis non eſſes ſi t̄mino mortis pre‑
cludi poſſes Unde auguſtinus O anima aduerte ꝙ crea‑
tor tuus poſt iſtud eſſe dedit tibi perpetuum eſſe / poſt hec
dedit tibi viuere ſentire et intelligere / ſenſibus te decorauit
ſapiencia illuſtrauit. Tuam ergo pulchritudinem attende /
vt intelligas qualem debeas pulchritudinem diligere Q̄ꝫ
ſi temetipſam vt expedit contemplari non ſufficis / cur ſal‑
tem quid de te eſtimare debeas / ex iudicio alieno non per‑
pendis Sponſum habes / ſed faciem eius non vidiſti Il‑
le te vidit / munera miſit / arram dedit Si ſpem̄ illius vide‑
res / non amplius de tua pulchritudine dubitares. Sci‑
res enim ꝙ tam pulcher / tam formoſus / tamq̄ꝫ vnicus dei
filius / tuo aſpectu captus non eſſet / ſi eum tuus ſingularis
decor / et vltra ceteros admirandus non traxiſſet Hec au‑
guſtinus

## Tercium beneficium noſtri creatoris

de dignitate ammirabili

Sed ſi hec fortaſſis o anima nimis ingrata/tibi videtur modica/ꝓpterea audi tercio tuam dignitatē ammirabilē/ quia tante ſimplicitatis es/ ꝙ nichil pͭt domū mentis tue inhabitare/nichil poteſt in ea manſionem facere/niſi ſimplicitas et puritas trinitatis eterne/ Ecce quid dicit ſponſus tuus Ego inquit et pater meus ad eum veniemus / et manſionem apud eum faciemus/ Et alibi in euangelio /feſtinans deſcende/ quia hodie in domo tua oportet me manere/ Illabi enim menti illi ſoli poſſibile eſt/ qui eam creauit Ipſe enim eſt qui intimior intimo tuo eſſe perhibetur/ ſicut dicit Auguſtinus Gaude ergo felix anima ꝙ potes eſſe tanti hoſpitis hoſpita vnde et Bernardus

Hic ammonetur anima mundare cor ſuum quatenus criſto ſponſo ſic dignum fiat habitaculum

nitio ad mundandum cor

O felix anima que cotidie cor ſuū mundat/ vt inhabitantem deum ſuſcipiat/ cuius hoſpes nullo bono indiget/quia auctorem omnium bonorum in ſe habet O ꝙ̄ beata anima/ apud quam deus ſibi requiem inuenit/ que dicere poteſt/ qui creauit me requieuit in tabernaculo meo/ negare ſiquidem ei celi requiem non poterit/ que ſibi in hac vita requiē in mente preparauit Hec bernardus O anima nimis es auara/ ſi non ſufficit tibi tanti hoſpitis preſencia/ quia ſcio ꝙ tam liberalis eſt/ꝙ communicabit tibi de bonis ſuis/ ſcio quia tam pius eſt/ꝙ ditabit te de donis ſuis/nl'lo eīn mō deceret tātū principem hoſpitam ſuam per mittere indigentē Adorna ergo thalamum tuum/ et ſuſcipe criſtum factorem tuum/ de cuius preſencia exultabit/ et letabitur tota familia tua/ O vere res mira/ et multum admirabilis clemencia. Rex cuius pulchritudinem ſol et luna mirantur/ Cuius

magnitudinem celi et terra reuerentur / de cuius ſapiencia celeſtium ſpirituum agmina illuminātur / De cuius clemencia omnium beatorum collegia ſaciantur / talis et tantus / tuum o anima hoſpicium deſiderat / tuum cenaculum plus ꝙ celeſte palacium appetit / et exoptat / delicie enim ſue ſunt eſſe cum filijs hominum

## Quartum beneficium noſtri conditoris

Sed hec o anima mea adhuc te non mouent ad laudandū creatorem tuum / conuerte contemplacionis radium ad q̄rtum beneficium / et cognoſce ꝙ tante capacitatis es ꝙ nulla creatura extra deum ſufficit ſaciare deſiderium tuum vnde hugo de victore Omnis iocunditas / omnis ſuauitas / omnis potencia / omnis opulencia rerum creatarum / afficere cor humanum poſſunt / ſaciare autem nō poſſunt vnde et ancelmus Omnis creatura que deus non eſt michi inopia eſt Et quare quia ſcōm gregorium / anima humana que ad deum appetendū fcā eſt / quicquid infra deū appetit minꝰ eſt Ideoqꝫ iure ei non ſufficit quicquid deus non eſt

## Quintum beneficium noſtri creatoris

Iam vt eſtimo anima mea ſufficienter vidiſti tuam nobilitatem / que eſt valde laudabilis / conuerte igitur nunc radium contemplacionis ad tuam ſuper ceteras creaturas poteſtatem / que reuera eſt ammirabilis Unde hugo de arra anime O anima mea quid dedit tibi ſponſus meus Reſpice mūdū iſtū / nam oīs naturalis creatura ad hunc finē curſū dirigit / vt tuis vtilitatibus deſeruiat / tuiſqꝫ oblectamentis ſecundum diſtribucionem temporum indeſinenter occurrat vide iam anima mea et diligenter conſidera / ꝙ creator tuus / ſponſus tuus / et amicus tuus / totam machinam

mundialem ad tuum ordinauit miniſterium

Hic hortatur animam diligenter conſiderare quomodo celum et terra et omnia que in eis ſunt vtilitatibus eius continue deſeruiunt

Ecce angeli purgant et inflammant tuum deſiderium/illuminant et informant tuū intellectum/ꝑficiunt et cuſtodiunt tuum ſubiectū/magna enim dignitas eſt tales habere doctores/tales conſolatores/ꝛ tales conſeruatores/O anima mea ſi videre poſſes/quanto gaudio quantoqꝫ tripudio aſſiſtunt orātibus/interſunt meditātibus/quanto ſtudio nos in bono conſeruant/quanto deſiderio nos ad ſalutem noſtram eternā exſpectāt Celū inſuper tibi deſeruit ꝑ ſuum motum/luminaria celi ꝑ ſuū influxum Sol creat tibi diem luna illuminant tibi noctem/Ignis tibi tempeat aeris frigiditatem/aer tibi mitigat ignis internam caliditatem/aqua mundat tibi fetorem/mitigat tibi ſitis ardorem/et fecundat terre vigorem/Terra vero te ſuſtentat ſua ſoliditate/recreat ſua fertilitate/et delcāt ſua amenitate Ecce anima mea breuiter diſcurriſti ꝑ ſingula/de inferioribus ad ſuperiora/et inueniſti ꝙ omnis creatura ad hunc finem/ex diuina ordinacione curſū ſuum dirigit/quatenus tuis vtilitatibus deſeruiat tuis qꝫ oblectamentis indeſinēter occurrat

Hic āmonetur anima ne tanꝙ adultera temꝑalia plus diligat ꝙ eterna

Sed caue o anima mea/ne non ſponſa ſed adultera dicaris ſi munera dantis pluſ ꝙ affectum amantis diligas Alñ auguſtinus. Ve tibi anima ſi oberras in veſtigijs ſuis/ſi nutus ſuos pro eo amas/vt temporalia lucra recipias/et non aduertis/purgate mentis intelligencia/quid innuat illa lux beatiſſima/cuius nutus et veſtigia ſunt omnium creaturarum decus et forma. Adhuc ſi forte ignoras te o pul-

cherrima mulierum / egredere et abi poſt veſtigia gregum /
id eſt racionabilium creaturarum que ſunt veſtigium crea⸗
toris tui Tu vero ſpeculum beatiſſime trinitatis ergo omni
bus hijs dignior et excellencior comprobaris . Et paſce e⸗
dos tuos iuxta tabernacula paſtorum / id eſt conuerte cogi
tationes tuas ad choros āgelorum quibus quodammodo
ſimilis es in natura et conciuis eris in gloria

Nunc anima incipit ſeipſam recognoſcere et cum dolore
tranſactam vitam ſuam plangere dicens Anima

Iam ſatis ſilui diuqꝫ tacui / nunc cum verecundia et rubore
compellor dicere / et confiteri / ꝙ hanc dignitatem meam
modicum aduerti / amatorem meum heu ego infelix et miſe
ra nimis indigne et irreuerenter proſtitui / factorem meum
pro hijs omnibus non glorificaui / deum meum propter do
na ſua non benedixi / non adoraui eum / toto tēpore vite mee
nec gracias egi vt debui / ſed nimis vane et negligenter vixi
Et vt verum fatear ſecundum Bernardum quanto perfec
tius dignitatem meam aſpicio tanto magis vitam degene⸗
rem me duxiſſe confundor et erubeſco .

Anima multum timet et penitet dicens

Timeo enim ꝙ tanto grauior ſit culpa / quāto dignior et no
bilior eſt natura Formido ꝙ tanto maior eſt offenſa / quan⸗
to maior eſt illius qui offenditur excellencia / pertimeſco ꝙ
tanto peior eſt iniuria / quanto maiora fuerunt illius cui in⸗
iuriam irrogaui beneficia

Hic recolligit multiplices ſuas ingratitudines dicens

Heu heu dñe de⁹ meus iam ex dignitate ſubſtancie ꝑpēdo vilitatem meā Ex ꝑcioſitate nature cognoſco deformitatem culpe / Ex recordacione beneficiorum receptorum / intelligo ingratitudinem factorū meorum / ve m̄ miſere Jam video / iam agnoſco / ꝙ quicquid a ſūmo datore accepi ad vſum vite miſerabiliter inflexi / ad vſum prauitatis et culpe Tranquillitatem humane pacis conuerti / ad vſum vane ſecuritatis / Peregrinationem terre / pro inhabitatione dilexi patrie Salutem ꝛ pulchritudinem corpis / redegi in ſeruitutem miſere voluptatis / vbertatis habundanciā / non ad neceſſitatem corpis / ſed in ſupfluitate expendi miſere cupiditatis Tpa ſerena ꝛ blādimēta aeris ad amorem m̄ ſeruire coegi terrene dilectionis / Timeo heu et valde ꝑtimeſco / vt ſimul me omnia ferire p̄mendo debeant / q̄ vicijs meis male ſubacta ſeruiebant

Hic oſtenditur ꝙ̄ bonum ꝛ ſalubre ſit fratrem noſtrum admonere et ad viā ſalutis reducere Homo

O anima mea aliqualiter iam perpendo ꝙ bona eſt tua cognicio Ex verbis enim tuis ſencio / ꝙ non fuit fruſtra mea ā moni⁹ / videtur michi ꝙ lumine dīno ſis aliqualiter illuſtrata / et tactu veri luminis mota / Quia ſecundum gregoriuȝ vnuſquiſqȝ dum tactu veri luminis illuſtratur / ſibi ipſi oſtēditur / vt inde cognoſcat quid ſit iuſticia dei vnde eruditur quid eſt culpa qua deformatur Unde ſancti viri / quo alcius apud deum virtutum dignitate proficiunt / eo ſubtili⁹ indignos ſe eſſe comprehendunt / Quia dum proximi luci fiunt / quicquid eos in ſeipſos latebit inueniunt Hec gregorius Igitur anima mea / ſi luce veritatis tacta / dignitatē tuā quam hactenus attendiſti agnoſcis / culpam qua creatoreȝ tuum offendiſti intelligis

Explicit radius prime contemplacionis : Sequitur ra diꝰ ſecunde contemplaciõis videlicet ꝙ vicioſe anima per culpam ſit deformata    Homo

Vidiſti o anima mea ꝙ generoſe formata eras per naturam/ vide nunc ꝙ vicioſe deformata ſis per culpam Ancelmus Reduc anima mea erumpnoſa et miſera ad memoriam enorme delictum/ et produc vſqꝫ in celum rugitum et lamentum

Hic oſtẽditur anime quanta mala incurrit cum mortaliter peccauit

Cogita o anima mea perfida dei / adultera criſti / quid feceris/ dereliquiſti in celo caſtum amatorem tuum/ contempſiſti creatorem tuum/ repudiaſti ſponſum tuum/ turbaſti deum tuum / irreuerenter tractaſti ſanctum angelum cuſtodẽ tuum Eras templum dei/ ſponſa criſti/ ſacrarium ſpiritus ſancti Que nam eſt iſta ſubito conuerſio / et repentina mutacio/ de dei ymagine facta es corrupcio ſathane/ de ſponſa criſti execrabile ſcortum dyaboli / de habitaculo ſpiritꝰ ſãcti facta es tuguriũ omnis ſpiritus immundi Hec ancelmus

Recordare o anima propter quid vendideris decorem tuum/ et propter quid abieceris honorem tuum/ ꝓ quo tã turpiter fedaueris vultum tuum / que tanta bona pro tam vili precio vendidiſti / O anima mea quare te tot bonis ſpoliaſti / quare fruſtra tantis honoribus te priuaſti / Quare tot bona opera neglexiſti / tot ãnos tot dies tot horas ſine fructu vixiſti

Anima plangit tempus male amiſſum et vehementer formidat dei iudicium dicens    Anima

Recognoſco o homo ꝙ veruꝫ loqueris et non ĩmerito/ me

de tanta tranſgreſſione reprehendis Bernardus O domi ne deus quot tempora effluxerunt / in quibus ſine fructu vt aſpicio vixi / coram te quõo ſubſiſtã/ quõ leuare potero / ad te faciem meã/ in illo magno et terribili examine / quãdo nume rari iuſſeris omnes dies meos / querens fructũ in eis O do mine deus meus cur intermiſi te vllo tempore verſari in cor de meo / te tota mente amplecti in tua dulcedine delectari Omnia interiora mea vbi tunc erunt / quando tecum non e= rant / cum a te beãt omnis creatura / quicquid beãt deſide= rabile laudabile et delectabile Hec bernardus

Nunc anima ad ſeipſam deuote reuerſa accuſat ſe humilit̃ de quinqʒ ſenſibus male cuſtoditis et primo de viſu dicens

Heu domine nunc intelligo / ſed confiteri erubeſco / ſpecies et decor creaturarum decepit oculum meũ / et non aduerti quia ſpecioſior omnibus creaturis tu es / quibus tantũmo= do vnam guttam tue ineſtimabilis pulchritudinis cõmuni caſti Quis enim ornauit celum ſideribus / aerem volucribꝰ aquam piſcibus / terram plantis et floribus / homines in cor pore diuerſis coloribus / et in mente varijs virtutibus Nõ ne clementiſſime pater / per te illa celeſtium ſpirituum agmi na / varijs ſunt donis ornata / Nonne per te ſeraphin ardẽt dilectione / cherubin lucent cognicione / tuis donis iudicãt throni / de tuis muneribus dñantur dominatiões inclite / ex tua virtute preſunt principatus / ex tua poteſtate demones arcent poteſtates / ex tua profunda potencia miracula faci= unt virtutes / ex tuo precepto tibi obediũt archangeli mag= nis nũciãdo maiora / angeli vero minoribus ſignificant mi= nora / Sed quid ſunt hec omnia / niſi tue pulchritudinis mo dica modica ſcintilla O bone ihesu fons vniuerſe pulchritu dinis / ignoſce michi miſere / ꝙ tuam pulchritudinem tã ſe= ro cognoui / tã tarde amaui / ꝓpterea miſerabiliter oberraui

Hic accuſat ſe de guſtu dicens

Dulcedo eciam creaturarum decepit guſtū meum / et non aduerti / ꝙ melle dulcior es Tu enim melli ⁊ omni creature ſuam dulcedinem ymmo tuam cōmodaſti Et non eſt aliud in creatura dulcedo / vel delcātio niſi tue dulcedinis quā abſcondiſti timentibus te / demonſtracio Unde dulcedo oīm creaturarum ſi quis iuſte aduertat / nichil aliud facit niſi ꝙ ad tuam dulcedinem eternam nos inuitat / O ihesu fons eterne dulcedinis et pietatis / ignoſce michi / ꝙ tuā ineſtimabilē et mellifluā dulcedinem in creatura tua non cognoui / nec interne mētis amore deguſtaui / ꝓptera miſerabiliter oberraui / et animam meā vſqꝫ mō ſiliquis porcorū ſaturaui / Sed heu quia nūꝙ̄ vt timeo de pane filiorum tuoꝝ manducaui / ideo ſemper in delicijs mundi ieiuna et famelica permanſi. Gregorius quia intus guſtare nolumus patam dulcedineꝫ propterea ieiuni et famelici ama⁹ / Heu miſeri miſeram famē noſtram O dulciſſime ihesu modo video / modo cognoſco / ꝙ ōnis dulcedo tibi contraria / michi ſint afflictio et magna miſeria Hec auguſtinus in libro confeſſ.

Hic allegat priſtinos errores ſuos cum beato auguſtino dicens

Tu miſericordiſſime deus in peccatis michi ſemper aderis pijſſime ſeniens / omnes iniquas delectaciones meas ⁊ malas / amariſſimis reſpergens amaritudinibus / docens ꝑ flagella ꝙ ſi vellem ſine amaritudine delectari / non poſſem niſi in te domine Sed heu hanc doctrinam non intellexi / ꝓpterea oberraui / ſemper qꝫ in iniquis delicijs meis timui ꝓditorem ac reprehenſorem Timui accuſatorem / formidaui aliquociens conſcienciam / expaui multociens infamiam / non nūꝙ̄ horrui gehennam / et tamē heu ego miſer inter tot tormenta non mutaui propriam voluntatem.

Tercio accuſat ſe de olfactu dicens

Decepit eciam odor creaturarum olfactum meum / et igno raui / ꝙ odor tuus o bone ihesu ſuper omnia aromata eſt / O bone ihesu fons odoris / ſuauitas tua facit indeſinenter poſt te currere / et infatigabiliter laborare Ignoſce michi ꝙ tam ſero te cognoui tam tarde in odore vngentorum tuorum cucurri

Quarto accuſat ſe de auditu

Decepit eciam ſonus creaturarum fallax auditum meum / et neſciui / nec ſenſi / ꝙ̃ dulcibus faucibus electorum tuorum eloquia tua / ꝙ̃ ſuauia auribus amicorum tuorum conſilia tua / ꝙ̃ leuia ſanctorum tuorum manibus mandata tua O ihesu fons ſapiencie / auctor ſciencie / conſiliator caſti cōſilij / fac me vel ſaltem modo audire vocem tuā ſonet vox tua in auribus meis

Hic dolens et penitens recogitat tranſacta mala dicens

O cum quanta amaritudine recogito ꝙ fefellit me vox illa miſerrima cantancium et dicencium / venite fruamur bonis que ſunt / coronem⁹ nos roſis anteꝙ̃ marceſcant / et nos nō pretereat flos temporis huius / vino precioſo et vnguentis optimis nons impleamus / vbiqꝫ relinquamus ſigna leticie noſtre / hanc vocem audiui et non intellexi / qm̄ omnia vana ſunt et riſu digna / omnia enim hec et hijs ſimilia cito per tranſierunt / et velut fumus euanuerunt Quid enim hec vana omnia / amatoribus ſuis contulerunt . Quid hec

ſtulta dilectoribus ſuis profuerunt / Quem inde fructum habuerunt in illis / in quibus nunc confunduntur et erubeſcunt O domine deus meus lumen cordis mei/panis anime mee et virtus amaricans mentem meam/et ſinum cogitacionis mee et non te amabam/et fornicabar abs te/et fornicanti michi ſonabat vndiqȝ euge euge Amicicia enim hui⁹ mūdi fornicacio eſt abs te/et euge euge dicitur/ vt pudeat ſi nō homo ita ſit O quid miſerius miſero/non miſerante ſeipſū

Hic ſe anima lamentabiliter reprehendit ꝙ internas dei āmoniciones diu deſpexit et ſe non cicius emendauit dicens

Sed inter hec omnia tu amantiſſime deus michi ſemꝑ aderas/vocem tuam frequenter audiui/ſed non exaudiui Inſpiracionem tuam ſalutiferam ſenſi/ſed nō conſenſi O quociens michi illud ſalutiferum conſilium inſpiraſti/peccaſti/quieſce/deſine/erubeſce ad que ego miſera/morem ſecuta beati auguſtini verba ſōpnolenta aliquando reſpondi Domine exſpecta me modicum/ſine me paululum/modo a vanitate quieſcam/modo de malignitate erubeſcā/omnia vana et mundana derelinquam/ Sed heu illud modicum nō habebat modum et paululum in longum ibat Ideo auguſtinus de verbis predictis ait Ipſa pigricies eſt res/que mľtos eternaliter occidit/et finaliter in peccatis detinet dū ſe ad vocem domini non corrigunt peccatores/vocem quidem occulte inſpiracionis audiunt/ſed vitam non corrigūt dicētes Cras cras cras Et ſubito oſtium clauditur remanet qȝ peccator foris extra archam patrie celeſtis cum voce coruina / quia pro peccatis gemere noluit cum columba Hec auguſtinus vnde et gregorius Heu ꝙ mľtos in pccis pei⁹ ſua felicitas ꝓſtrauit mľtos diuťna pax inertes reddidit eos qȝ mox man⁹ hoſtis ğui⁹ ꝑtulit quos lōgo quieſcere

vſu negligentes inuenit / Item gregorius Quos deꝰ vt cō
uertantur diucius tollerat non cōuerſos in fine durius dāp
nat

Tādem anima penitens et deuota accuſat ſe de tactu dicēs

Sed vt domine tibi mee īfelicitatis hiſtoriam ꝑfectius pā-
dam ꝓfiteor / ꝙ hec omnia infelicitati mee non ſufficiebant
ſed ad cumulum mee dampnacionis / heu mundana molli-
cies tactum meum nimis miſerabiliter decepit / et ignoraui
ꝙ tam ſuauis O bone iheſu eſſet tuus amplexus / tā honeſ-
tus tuus attactus / tamqꝫ delicioſus tuus cōuictus Cum e-
nim te amauero munda ſum / cum tetigero caſta ſum / cum
accepero virgo ſum / Tuus o domine iheſu amplexus non
maculat / ſed mundat / tuus attactus non inquinat ſed ſancti
ficat

Iam anima incipit ſapere et guſtare palato cordis ꝙ̄ dul-
cis et ſuauis eſt dominus vnde ſic ait

O iheſu fons vniuerſe dulcedis et ſuauitatis ignoſce michi
ꝙ tam ſero credidi / quātum habes delicioſitatis et ſuauita-
tis / quātū gaudij et honeſtatis / quātum dulcedinis et iocū
ditatis / qn̄ leua diuine ſapiencie tue ꝛ cognicionis eſt ſub ca
pite meo / id eſt ſub racione / et dextera tua diuine clemencie
et dilectionis amplexabitur me in voluntate Heu me miſe
ram quid vmꝙ̄ tam dulce / tam ſuaue / tam delcioſum et tam
ſalutiferum poterit experiri / ꝙ̄ inter brachia tanti ſponſi re
quieſcere / inter oſcula tanti regis et amici feliciter obdor-
miere / hanc dl'cedinem ſenſerat anima deuota / qn̄ optabat
dicens Oſculetur me oſculo oris . Et nūquid has delicias
anima deuota erat exꝑta / quando orabat ardens . Et iam
pene deficiens pre dilecti ſui concupiſcencia dicens in canti
cis Quis michi det te frēm meū ſugentē vbera matris mee

vt inueniam te ſolum foras / et deoſculer te / et iam me nemo deſpiciat Apprehendam te et introducam in domum matris mee / et in cubiculum genitricis mee Quis narrare ſufficiat / niſi qui mente guſtaſſet / quãtum habet verbum hoc dulcedinis et deuotionis / quando bene ponderatur et mente deuota cribratur. Sed o domine deus ſi hec tam dulcia ſunt cogitanti / q̄p dulcia eſſe poſſunt deguſtanti / Si tam ſuauia ſunt legenti q̄p ſuauia et conſolatoria erunt per effectũ ſencienti Vnde auguſtinus Fac me dulciſſime iheſu intus guſtare per amorem / qđ extra guſto per cognitionem / Fac me ſentire per affectum / quod ſencio per intellectum Trãſfige ſaluberrimo vulnere amoris tui medullas anime mee Ardeat langueat et liqueſcat deſiderio tuo / deficiat cupiat diſſolui et eſſe tecum Te ſolum ſemper eſuriat panem vite celeſtis / qui de celo deſcendiſti. Te ſiciat fontem vite eterne / fontem eterni luminis / torrentem vere voluptatis. Te ſemper querat / te inueniat et in te dulciter requieſcat Hec auguſtinus Sed que veſania et que infernalis furia / tanto tempore a me prohibuit / talia et tanta mentis mee ſolatia / tam diuina gaudia / tamq̨ melliflua cõuiuia Dic queſo o homo que eſt tanti mali cauſa / que tanti periculi ratio / que tanti dampni occaſio Homo Video certe o anima / q̄ iam fatigata laboribus / iam vexata doloribus / vltra inuenire non valeas / cui tantum dampnum tibi illatũ aſſeribas / Peto ergo vt cum paciencia audias / ſi tibi tanti mali cauſam demonſtrauero / ſi tibi tanti dampni inimicum oſtendero Jam pro parte aliqualiter hoſtem contigiſti / tamen forte pre dolore mentis non aduertiſti

Hic oſtenditur anime inimicus eius videlicet ꝓpria caro q̄ eam blande decepit et pene omnibus bonis priuauit

Habes o anima inimicũ domeſticum / hoſtilem amicũ / ad-

nerſarium propinquū / qui tibi malum ꝓ bono reddidit / et ſub ſpecie amicicie crudelis exiſtens inimicus / hijs omnibꝰ et alijs infinitis bonis te priuauit Hic hoſtis ſalua reuerē cia tua / eſt caro tua infelix et miſera / multum tamen tibi di lecta Hāc cum pauiſti / inimicum peſſimum contra te erex iſti / hanc cum honoraſti hoſtem crudeliſſimum contra te ar maſti / hanc cum foris varijs et precioſis veſtimentis induiſ ti omnibus interioribus indumentis te ſpoliaſti / neſciens v̄ ba beati gregorij dicentis Unde inquit caro ad tempus ſu auiter viuit inde ſpiritus ineternū torquetur / et ingemiſcit Et econtra Quo plus caro premitur eo plus de ſpe celeſti animus letatur vnde pro tanta iniuria nobis per te illata / cō tinere me amplius non valeo / qm̄ tm̄ malum hucvſq ſub ſi lencio periculoſe pertranſitum durius reprehendam

Hic enumerantur anime diuerſa mala que caro ſibi intulit dum ei ad libitum deſeruiuit

Scio inquit beatus bernardus o anima quēdā qui plures annos tecum vixit / ad menſam tecum ſedit / cibum de manu tua ſumpſit / et in cubiculo tuo dormiuit / cum voluit tecum colloquium habuit / hic iure hereditario ſeruus ē / Sʒ quia delicate nimis eum nutriuiſti / et virge pepciſti / leuauit cal caneū ſuum ſuper caput tuum / et te ſibi in ſeruitutē redegit O anima miſerabilis et nimis / quis te liberabit de vinculis huius improperij Exurgat deus et cadant arma eius / ⁊ cō teratur inimicus / Inimicus inq̄ contemptor dei / amicus mundi / cultor dyaboli Quid tibi videtur de illo Si recte ſentis puto ꝙ mecum dices reus eſt mortis crucifigatur Noli ergo diſſimulare / noli differre / noli parcere crucifige eum crucifige eum Sed in qua cruce In cruce domini noſ tri iheſu criſti in quo eſt ſalus vita et reſurrectio noſtra Re cole o anima tua primordia / attende ꝙ es inſignita dei yma

gine/decorata ſimilitudine/deſponſata fide dotata ſpe/p̄-
electa caritate/redempta criſti ſanguiue/particeps rationis
capax eterne beatitudinis Quid tibi cum carne vnde iſ-
ta pateris Si diligenter condicões eius aduertis/nūq̄ vili
us ſterquilinium vidiſti Si eius miſerias enumerare/velis
q̄tū ſit onuſta peccatis/pruriens cõcupiſcencijs/occupata
paſſionibus/polluta illuſionibus/confuſione plena/ignomi
nia repleta Quid de eo habes amplius aliud q̄ cogitacio-
nes fedas et immundas Hec bernardus Idem alibi O ani
ma diuina/erubeſce in ſimilitudinem porci volutari in ſce-
no/que es de celo/Idem ſuper cañ. O anima/donec in car-
ne es inter ſpinas verſaris/et neceſſe eſt vt temptacionū tri-
bulationes/et impugnancium aculeos grauiter patiaris/
Unde tibi dicitur in cãticis Sicut lilium inter ſpinas ſic a-
mica mea inter filias/O candens lilium/o tener et delicate
flos/increduli et ſubuerſores ſunt tecum/et cum ſcorpioni-
bus habitas Uide ergo quõ caute ambules inter ſpinas/
caro et mundus pleni ſunt ſpinis/Conuerſari cum eis ꝛ nõ
ledi diuine potẽcie eſt et non virtutis humane Hec bñardꝰ

Hic oſtenditur anime alius inimicus videlicet dyabolus
omni crudelitate et calliditate plenus

Eſt et alius inimicus fortis et crudelis/qui mira callidita-
te/omnium diſcutit conſuetudines/ventilat curat/ſcruta-
tur affectus/et ibi querit ſemper cauſas nocendi/vbi quoſ-
qꝫ viderit ſtudioſius occupari Nouit enim hic hoſtis anti
quus ab inicio humani generis inimicꝰ/cui illecebras gule
igerat cui virꝰ inuidie ifūdat/cui blãdimẽta luxurie obiciat/
cui vana ſupbie incitamẽta ꝓcuret Nouit quẽ metu oppri-
mat/quẽ gaudio fallat/quẽ admiratione ſeducat. Habet et
aliquos ſibi obligatos/quorum ad alios decipiendos inge-

nijs vtitur et linguis / O anima fragilis ad decipiendum / facilis ad cadendum / difficilis ad reſurgendum / qualiter iſtius crudelis aduerſarij laqueos euadere poteris / quem tātis ſubtilitatibus preditum agnoſcis Hec leo papa

Anima O homo nunc video iam primitus recognoſco Qꝛ ſicut dicit beatus auguſtinus / conſuetudo peccati eſt / ꝙ non facile peccatum ab eo cognoſcitur / qui in ipſo premitur / ſed mox cum inceperit ſe quis ab illo alienare / tunc demum cognoſcit in quanta feditate iacuit Igitur quia iam aliqualiter memetipſam a peccato alienare incipio / et per hoc me et peccatum meum agnoſco / me amplius a planctu continere non valeo

Anima deuotione tacta. deplorat hic priſtinum errorem ſuum. dum non cognoſceret dn̄m creatorem ſuum dicens

O domine deus tu impreſſiſti michi amabilem ymaginem tuam et ego ſuper induxi odibilem ymaginem diabolicam heu miſer homūtio / ꝙ demonis imaginem ſuperimpreſſi ſuper ymaginem dei Cur non odi eius ymaginem cuius abhorreo nomen Ille ſponte cecidit / ego volens ſordui Ille nulla precedente delicti vindicta peccauit ſupbiens / ego viſa eius pena peccaui contempnens Ille ſemel in innocencia eſt conſtitutus / ego multociens reſtitutus Ille ſe erexit contra eum qui ſe fecit / ego me erexi contra eum qui me fecit et refecit Ille deum dereliquit permittentem / ego fugi deum me querentem et proſequentem Ille perſtat in malicia deo reprobante / ego in illam cucurri deo miſericorditer reuocante Et ſi ambo contra deum / iſte tamen non contra requirentem ſe / ego vero contra morientem pro me / Ecce cuius ymaginem abhorrebā cum in mltis me inuenio horribiliorem Reforma dn̄e faciem quā fedaui / reſtaura innocenciam quā violaui Qui abſtuliſti peccata que naſcendo

attuli / tolle peccata que viuendo attraxi / Tolle qui tollis
peccata mundi que in mundo commiſi Homo Fuge
fuge a me o horribilis ſubſtancia / fuge teipſam / exterrita a
teipſa / nec ſine rugitu cordis tolera horrorem tuum / nam ſi
toleras non agnoſcis te Non eſt hec fortitudo / ſed mentis
ebitudo / non eſt ſanitas / ſed indurata iniquitas

Anima vehementer compũcta non ceſſat flendo confiteri
peccata ſua vnde ſic ait Anima

Si me video / eſt horror intolerabilis / ſi non video mors
ineuitabilis O q̄ infelix qui ſibi eſt horribilis / ſed multo in
felicior cui mors eterna ſenſibilis Ancelmus o pater ſapiē-
tiſſime o rex clementiſſime fugere non valeo / excuſare ne-
queo / et tamen confiteri non modicum erubeſco Iam cau
ſam tātorum malorum inuenio / iam quod prius male latu-
it agnoſco Item bernardus Cor meum miſerum dum fu-
turum non curauit gaudium / nec diuinum queſiuit conſili-
um a ſeipſo fuit elongatū / et in amore terreſtrium occupatū
dumq; elapſum fuit ab hijs et inuolutum iſtis / vanitas ip-
ſū decepit / luxuria polluit / curioſitas abduxit / Cruciabat̃
inuidia / torq̄bat̃ iracūdia diuidebat̃ auaricia. āxiebat̃ accidia
Sic q; imergebat̃ oībꝰ vicijs / q̄ vnū bonū q̇d ſibi ſufficere
potuit et debuit dereliquit Hec bernardus Habeātur er-
go mitiſſime deus in obliuione coram te / omnia mala con-
ſumpta tempora mea / et concede vt hoc tempis mei reſidu-
um / forte nimis breue et momentaneū / ſit tibi honorificum
michi fructuoſum / et proximo edificatorium Iam pijſſi-
me deus ꝑpter magnitudinem dampni / quod infelix miſe
ra et miſerabilis incurri video / et recognoſco / et q̄ meipſā
et peccatum meum ſufficienter vt merui deplangere non va
leo / ſi tanta debet eſſe non immerito pcc̄i deteſtatio / quan-
ta fuerit in miſera voluptate dilectio

Homo animam valde contritam benigne conſolatur ne ni-
mium plangendo doleat ſed in criſto et pijſſima matre eius
fiduciam magnam habeat dicens

O anima ſi per te vt aſſeris peccatum tuum non ſufficis de-
plangere neceſſe habes te ad aliquem ſanctorum conuerte-
re An ignoras q̄ ſcd̄m bernardū ſecurum habemus acceſ-
ſum ad deum/vbi habemus matrem ante filiū/ et filium an-
te patrem/mater pro nobis oſtendit filio pectus et vbera/fi
lius patri latus ꝛ vulnera / puto q̄ ibi nl'la poterit eſſe repul
ſa/vbi tot ſunt caritatis iudicia / O quiſquis te intelligis /in
huius ſeculi ꝓfluuio magis inter procellas et tempeſtates
fluctuare / q̄ꝫ per terram ambulare / ne auertas oculos a ful
gore huius ſideris /ſi non vis ſubrui procellis / Si inſurgāt
venti temptacionum / ſi incurras ſcopulas tribulacionū reſ
pice ſtellam voca mariā / Si iactaris ſuperbie vndis / ſi am
bicionis / ſi detractionis / ſi emulationis / reſpice ſtellam vo
ca mariam / Si iracundia/aut auaricia/aut carnis illecebra
nauiculam cōcuſſerit mentis/reſpice ad mariam Si crimi-
num īmanitate turbatus / conſciencie feditate confuſus/iu-
dicij horrore ꝑterritꝰ / baratro incipias abſorberi triſticie /
ac deſꝑationis abyſſo / cogita mariam In periculis / in au-
guſtijs / et in rebus dubijs/mariam cogita/mariam inuoca /
non recedat a corde tuo/non diſcedat ab ore tuo/ Ipſam ſe
quens non deuias / ipſam rogans non deſperes / ipſā cogi-
tans non erras Ipſa tenente non corruis/ipſa ꝓtegente nō
metuis / ipſa duce non fatigaris/ipſa ꝓpicia peruenias ad
veniam Hec bernardus Unde et ancelmus / Dic igitur o
anima cū magna mentis fiducia O domina ſi tuus filius fac
tus eſt per te frater meus / nōne tu ꝑ ipſum facta es mat̄ me
a Exultabo ergo et letabor in te / quia quicquid iudicabi-
tur de me/ pendet ex ſentencia matris mee et fratris mei
Anima Cum peccaui in filium irritaui matrē/ ac ma-

trem offendere non potui ſine iniuria filij Quid ergo faciã quo fugiam o homo Quis me recõſiliabit filio/irritata matre aut quis michi placabit matrem irato filio Homo

O anima non dubites/ſi ambo ſunt offenſi/ambo ſunt clementes/ambo pijſſimi Confugiat ergo reus offenſo filio/ad piam matrem refugiat reus offenſa matre ad benignum filium/et dicat/deus qui factus es filius femine propter miſericordiam/femina que facta es mater dei ꝓpter miſericordiam/aut miſeramini michi impie peccatrici/aut oſtendite magis miſericordem/ad quem ego miſera confugere valeam Hec ancelmus

Adhuc anima multum profunde ſcrutatur pccã ſua dicẽs

O homo ꝙ ſanum eſt conſilium tuum/ꝙ conſolatorium eſt michi miſere verbum tuum/quia quando peccatum meum recte aſpicio/tunc inuenio et agnoſco/ꝙ elementa ꝑ peccata mea pollui/celos inquinaui/aſtra celi obfuſcaui/dampnatos in inferno cruciaui/ſanctos in celo pturbaui/angelos m̄ ad cuſtodiam deputatos irreuerenter ptractaui/ Unde ab omnibus hijs auxilium petere pertimeſco/⁊ quia iuſti michi iuſte indignati ſunt/ad ipſos confugere non p̄ſumo

Homo hortatur animam ne de venia deſperet ſed per ſanctorum exempla qui eciam hic peccauerunt ſe in deo confortet dicens

O anima nimia eſt tua trepidatio/quãuis placida apud deum ſit tua humiliacio/An ignoras ꝙ multi de ſanctis peccauerunt/qui qualiter nobis peccantibus miſereri debeant/in ſuis magnis peccatis didicerunt/ Cogita moyſen prophetam eximium de diuina potẽcia deſpãtem Cogita dauid ſanctiſſimum regem/contra diuinam legem adulterio

et homicidio peccantem/ Agnoſce ſalomone ſapientiſſimū ydola vana et peſſima adorantem/ Cognoſce manaſſen regem antiquiſſimum / qui plus ꝙ omnes reges iſrahel peccauerat / qui dicebat peccaui ſuper numerum harene maris / et non ſum dignus videre altitudinem celi pre multitudine iniquitatis mee / hos omnes cogita veniam impetrantes. Et quid plura de ſanctis veteris teſtamenti / Cogita nunc et aduerte eciam aliquos de ſanctis noui teſtamenti / vide matheum ſedentem ad theloneum peccatorem / et publicanum / et aſſumptum in diſcipulum / vide paulum lapidantē ſtephanum et electum in apoſtolum Vide petrum criſtū abnegantem / et mox veniam impetrantem / Vide militē criſtum crucifigentem/ et tamen de diuina miſericordia preſumentem / Vide et latronem in cruce pendentem et veniā impetrantem / poſtremo cogita o anima mea ꝙ illa famoſa peccatrix maria magdalena / facta eſt tam ſpecialis et tam ſingularis criſti amatrix / Omnes enim quot quot modo cū deo regnant vel olim ſicut nos peccauerunt / vel ſaltem peccaſſe potuiſſent / ſi eos diuina clemencia a peccato non rehuaſſet/ quia cuicūqꝫ donatum eſt vt peccare penitus non potuit / non eſt hoc nature humane / ſed celeſtis gracie

Anima Iam nunc ſecure prophetas et reges imploro / iam audacter apoſtolos et martires inuocabo / confeſſores quoqꝫ et virgines ac viduas et omnes ſanctos conſtāter interpello / Sed tamen p̄ omnibus hijs ſacratiſſimam dei genitricem virginem mariam confidencius adorans inuocabo / Scio enim ꝙ tam dulcis / tam pia et ſuauis eſt maria / ꝙ nec nominari poteſt quin attendat / nec cogitari quin recreet affectum diligencium ſe / Hec eſt enim illa / que omnibus ſalutem impetrauit / et tocius mundi reparationem obtinuit Hec bernardus vnde et Ancelmus O femina mirabiliter ſingularis et ſingulariter mirabilis / per quā elementa renouātur / infirmi medicantur / homines

ſaluantur / et angeli reintegrãtur / O femina plena gracia /
de cuius plenitudinis habundancia / reſperſa reuiuiſcit õ-
nis creatura

Anima tot ſanctis ammonicionibus confortata non ſolum
ſanctos inuocat verum eciam clementiſſimam dei genitricē
deuote implorat cum beato Bernardo ita dicens

O benedicta inuentrix gracie / genitrix vite / mater ſalutis /
per te acceſſum habemus / ad benedictum filium tuum ihe
ſum criſtum dñm noſtrum / vt per te ſuſcipiat nos / qui per te
datus eſt nobis / Excuſet apud ipſum integritas tua culpã
noſtre corrupcionis / et humilitas tua deo grata noſtre ve-
niam impetret vanitati / Copioſa caritas tua / noſtrorũ co
operiat multitudinem pccõrum / et fecunditas tua glorioſa
fecunditatem nobis cõferat meritorum / O domina noſtra
mediatrix noſtra / aduocata noſtra / tuo filio nos reconſilia /
tuo filio nos repreſenta / tuo filio nos recommenda / Fac o
btã ꝑ graciam quã inueniſti / ꝑ prerogatiuã quã meruiſti / ꝑ
miſericordiam quam peperiſti / vt qui te mediante fieri dig
natus eſt ꝑticeps miſerie et infirmitatis noſtre / te quoqꝫ in-
tercedente / participes nos faciat glorie / et beatitudinis ſue
iheſus criſtus filius dominus noſter qui eſt ſuꝑ omnia deꝰ
benedictus in ſecula ſeculorum amen

Explicit radius ſecunde contemplationis ſequitur tercius
videlicet qualiter et ꝙ miſericorditer anima per graciã criſ-
ti ſit reformata Homo

Nam nunc vt eſtimo o anima aliqualiter meritorie
cõuertiſti radiũ cõtemplacionis ad videndũ quali
ter formata ſis ꝑ naturam / ⁊ quõ deformata per cul
pam / conuerte nunc radium tuum iam vt ſpero ꝑ contricio
nem depurata / ad intuendum qualiter ſis reformata per

graciam Scire tamen debes  quãto perfectius per cotri-
cionis lauachrum caligo mentis detergitur/ tanto lucidius
diuine repationis beneficium ſpeculatur Peccatum enim
ſcdm auguſtinum eſt tenebra qua intellectus obtũditur / et
totus interior homo obtenebratur Unde neceſſe eſt / vt tã
to ſolicitius mentales oculi a peccati tenebris per compunc
tionis lacrimas expurgẽtur/quanto amplius per hanc con-
templacionis radij obtenebrantur

Recitatur hic anime quanta mala per peccatum originale
incurrit de quibus tamen omnibus criſtus per ſacratiſſimã
ſuam paſſionem eam miſericorditer liberauit

Jam igitur o anima in affectionibus tuis ſerenata dirige
contemplationis radium ad intuendum / q̃ profũda dei cle
mencia & q̃ alta ſapiencia/ q̃q3 mira potencia / ſis per gra-
ciam reformata / primo conſidera qualiter per beneficium
redemptiõis te a peccato originali liberauit An ignoratur
 per peccatum originale eras bonis ſpiritualibus et gratu
itis ſpoliata/in naturalibus vulnerata / poteſtati principis
ſubiugata / a patria tua expulſa et exterminata Sed ſcdm
bernardũ ſingularis illa maieſtas mori voluit vt viuerem⁹
ſeruire vt regnaremus / exulare vt repatriaremus / et ad vi-
liſſima opera inclinatus eſt/vt nos conſtitueret ſup omnia o
pera ſua/venit enim filius querere et ſaluum facere quod pe
riereat / venit inq̃ humilis vt te ſuperbum humiliaret/ Unñ
gregorius Ad hoc vnigenitus dei filius formam infirmita
tis noſtre ſuſcepit / ad hoc non ſolum viſibilis ſed eciam de-
ſpicabilis apparuit / ad hoc contumeliarum ludibria / illu-
ſionum probra / paſſionum tormenta tolerauit / vt ſuperbũ
non debere eſſe hominem doceret humilis deus / Unde et
auguſtinus Omnia bona terrena contempſit deus / vt con-
tempnenda demonſtraret / et omnia terrena ſuſtinuit mala

vt ſuſtinenda doceret / vt neqꝫ in illis quereretur felicitas / neqꝫ in iſtis timeretur aduerſitas

Hic docetur qualiter filius nos patri reconſiliauit

Venit ſecundo vt te patri reconſiliaret Unde auguſtinus in perſona filij Cum inimicus eſſes patri ego reconſiliaui te Cum longe eſſes veni vt redimerem te Cum inter montes et ſiluas errares q̃ſiui te Inter lapides et ligna inueni te / in humeris te portaui / te patri meo reddidi / laboraui / ſudaui / caput meum ſpinis expoſui / manus meas clauis obieci / lancea latus meum aperire permiſi / et ſanguinem meū pro te fudi / Tot et alia que non dicam pro te paſſus ſum / iniurijs et aſperitatibus laceratus ſum pro te / ſed heu ꝑ peccatum tuum te diuidis a me

Sequitur quomodo criſtus nos venditos per precioſam mortem ſuam recuperauit

Venit tercio vt venditum recuperaret Unde auguſtinus admiremur / gratulemur / amemus / laudemus / adoremꝰ / q̃m per redemptoris noſtri mortem / de morte ad vitam / de tenebris ad lucem / de exilio ad patriā / de corruptione ad incorruptionem / de miſeria / ad gloriam / de luctu ad gaudium vocati ſumus Item gregorius nazanzenꝰ O mira et inaudita permixtio / qui creator eſt fit creatura / qui immenſus eſt capitur / qui diues eſt inops et pauper efficitur / Suſcepit ymaginē carnis mee / vt ymaginē quā fecerat repararet / vt carnem mortalem immortalitate dotaret Nec ille Exꝑgiſcere nunc o anima mea / et reſpice in faciem criſti tui / vide faciem illam quondam ſplendore illuminoſā ꝓpter te velatā ↄtra claritatē / decore ſpēoſā inflatā ↄtra ſpēoſitatē / dulcore gracioſā conſputā contra gracioſitatem / Amore deſide-

rabilem abbhominabilem contra deſiderabilitatem Ui-
de o anima mea et diligenter conſidera mira et inaudita ꝓ-
digia / que fecit dominus ſuper terram / Deus illuditur vt
tu honoreris / innocens flagellatur vt tu conſoleris / iuſtus
crucifigitur vt libereris / agnus immaculatus occiditur vt e
puleris / ſanguis et aqua de latere lanceati emittũtur vt po-
teris / Reſpice ergo ad precium redemptionis / placans of
fenſam preuaricationis Inſpice exemplum informationis
preſtans ãminiculum ſanctificacionis Aſpice auxilium ꝓ-
tectionis / reſerans ianuam incarnationis / Suſcipe premi
um retributionis / conferens graciam iuſtificationis

Oſtenduntur hic cuilibet anime delicate viuenti opprobri-
a paſſionis criſti tanq̃ exemplar ac ſpeculum ad ymitandũ

Aſpice o anima delicata / cõtemplando aſſidue / et fac ymi-
tando perfecte ſcd̃m exemplar conſummate iuſticie / qd̃ tibi
in monte monſtratũ eſt / hoc eſt in criſti victorioſiſſima paſ-
ſione An nõ conſideras ꝗ delicijs corꝑalib⁹ eſtuas / et criſ-
tus dominus tuus / rex tuus / ſponſus tuus / magiſter / ⁊ ami
cus tuus / affligitur omni genere penarum / in omni ꝑte ſen
ſuum ab omni ꝑte hominum Rex illuſit / preſes iudicauit /
diſcipulus vendidit / apoſtoli reliquerunt / pontifices ſcri-
be et phariſei tradiderant / gentiles flagellauerunt / ac tur-
be cõdẽpnauerunt / milites crucifixerunt / Unde et Ber-
nardus Caput illud angelicis tremendũ ſpiritibus / denſi-
ſitate ſpinarum pũgitur / facies illa p̃ filijs hominum ſpeci-
oſa ſputis iudeorum deturpatur / Oculi lucidiores ſole ca
ligabant in morte Aures q̃ audiunt in celo angelicos cant⁹
audiunt in terra peccatorum inſultus Os qd̃ angelos doc3
felle et aceto potatur / Pedes quorum ſcabellũ adoratur
quia ſanctum eſt / cruci clauo affiguntur / Manus que for-
mauerunt celos / ſunt in cruce extenſe et clauis affixe / Cor-

pus verberatur / latus lancea ꝑforatur / Et quid plura nõ
remanſit in eo aliquid liberum / niſi ſola lingua vt ꝓ pecca
toribus exoraret / et matrem diſcipulo cõmendaret Nec b̄
nardus O fidelis anima ſaluator noſter / nullis aduerſanci
um hoſtium temptamẽtis potuit a noſtre ſalutis cura reuo-
cari / Sed quo magis nobis eius oſtenditur dilectionis e-
mulatio / eo grauius nos ſi hanc ſꝑnimus ſequetur dampna
tio /

Hic beneficia ſui redemptoris anima cognoſcit vnde et cũ
magna deuotion e reſpondet dicens

O homo iam diu tacui quia que propoſuiſti cum gaudio pi
ter et luctu deuota mente audiui Gaudens igitur gaudebo
in dño / quia me tantũ dilexit / vt vnigenito filio ſuo ꝓpter
me non pepcit / O ineſtimabilis dilectio caritatis / vt ancil-
lam / ymmo nec nomine ancille dignam redimeres / filiũ tra
didiſti O dñe iheſu criſte qui ꝓpter me tibi non pepciſti /
Cor meum tuis vulneribus ita ſaucia / et mentem meã tuo
ſanguine ita inebria / vt quocũqȝ me vertã ſemꝑ te videam
crucifixum / et quicquid inſpexero / michi appareat tuo ſan-
guine rubricatum / vt ſic totus in te tendens / nil valeam p̄-
ter te inuenire / nil niſi tua vulnera intueri / hec m̃ ſit conſo-
lacio tecũ mi domine crucifigi / hec michi ſit intima afflictio
aliquid preter te meditari

Homo hortatur animam agnoſcere que et quanta criſtus
pro ea ſuſtinuit ne de eius beneficijs ingrata ſit dicens

O anima ſicut dicit hugo de ſancto victore nl'la dilectio ma
ior / nulla caritas ſincerior / nullus amor fortior / mortuus eſt
pro me innocens / nichil in me quod amaret inueniens / Sȝ
heu quociens hanc mirã circa nos diuine pietatis dignatio
nem aduerto / de nimia ingratitudine mea / non modicum

confundor et erubeſco O anima mea dereliquiſti ſponſū tuum/et cum alienis proſtituiſti amorem tuum Corrupiſti integritatem tuam/fedaſti pulchritudinem tuā/ diſperſiſti ornamentum tuum Oblita es ſponſi tui/et ꝓ tantis beneficiis condignas grates non egiſti/quia vt relevaret te illuc vnde cecideras/ipſe deſcendere dignatus eſt huc/vbi iacebas Et vt tibi iuſte redderetur qđ ꝑdideras/ipſe dignatus eſt pie pati qđ tolerabas/Cogita ergo q̄tū diligat te/qui non niſi moriendo pro te voluit liberare te Hec hugo vnde anima mea/q̄to beneficia tui redemptoris cognoſcis digniora/tanto peccata ingratitudinis ſunt deteriora/vide ergo ne ſis ingrata/cui tanta beneficia ſunt collata Magnum eſt enim peccatum ingratitudinis quia ſcđm bernardū ingratitudo eſt quaſi ventus vrens exſiccans riuulos diuine miſericordie fontem clemencie et fluenta gracie

Item paſſio criſti anime replicatur et de ingratitudine eius reprehenditur

Attende ergo o anima mea frequenter volue et reuolue in mente tua illud horribile verbum quod contra ingratos ꝓfertur in perſona ſaluatoris ſic dicentis O anima humana vide quanta pro te patior/ad te clamo qui ꝓ te morior Vide penas quibus afficior/vide claues quibꝰ confodior/audi improperia quibus confundor/Sed cū ſit tantus dolor exterior/tamen cruciatus interior eſt grauior/dum te ingrātā expior Et alibi bernardus contra ingratos/in ꝑſona criſti inuehit dicēs/Populemeus quid feci tibi/aut in quo moleſtus fui/reſponde michi/quid cauſe eſt ꝗ inimico meo magis libet ſeruire/q̄ michi/attende ꝗ ego ſum qui creaui te/Ego omnibus bonis ditaui te/Et ſi hec modica videntur ingratis/ego precioſiſſimo ſanguine meo redemi te/Eya anima mea/non recedant hec a corde/non diſcedant ab

ore/ſemꝑ gracias age nūꝙ̃ ceſſa vnigenitum dei filium pro
tantis donis et beneficijs benedicere/ laudare et magnifica
re/ Sit tibi dilectus pro hijs omnibus aliquando faſciculꝰ
mirre in corde/aliquando iubilus in mente/aliquādo laus
in ore et melos in aure Anima Jam diucius con
tinere me non valeo/ dic queſo o homo quid pro hijs omni
bus retribuam domino meo Homo O anima ſi⸗
cut bernardus totam vitam tuam debes huic non imerito/
qui vitam ſuam pro te poſuit/ et cruciatus diros ſuſtinuit/
ne et tu eternos cruciatus ſuſtineres Quid igitur tibi dux
eſſe poterit/cū recordata fueris ꝙ ille ſpecioſus forma dei.f.
voluit pro te crucifigi O ꝙ̃ indebita miſeracio/o ꝙ̃ gratuita
dignacio/ ꝙ̃ inopinata dilectio/ ꝙ̃ ſtupenda dulcedo/ re⸗
gem glorie pro dͦſpectiſſimo vͤmiculo mori/ ymmo et crucifi
gi O ꝙ̃ dulcis amicus o ꝙ̃ fortis auxiliator/o q̃ꝫ prudens cō
ſiliator
Anima criſto iam deuota recognoſcit ſe eius beneficia ⁊ vn
de ſic ait voce gratulabunda

O homo fateor et vere cognoſco/ ꝙ ſi eſſent in me omnes
vite filiorum adam/ omnes dies ſeculi/ et labores omnium
hominum qui ſunt/ fuerunt/et erunt/ nichil eſſet ad compa
tionem illius/qͦd ſponſus meus/ et dominus meus pro me
ſuſtinuit/qͦd ꝓ peccatis meis dei filius tolerauit/ Cum er⸗
go donauero ei quicquid ſum/et quicquid poſſum/ nō erit
ſicut ſtella ad ſolem/ ſtilla ad flumen/ et ſicut puluis ad mō
tem

Explicit radius tercius Sequitur radius quarte contem⸗
placionis que eſt de beneficicio iuſtificationis qualiter per
diuinam clemenciam anima a peccato actualiter ſit miſeri⸗
corditer reuocata et pre multis alijs a deo electa.
Homo

O Anima quia iam conſidero / ꝙ depurato contem
placionis oculo / graciam diuine redemptionis /
qua te a peccato originali ſponſus tuus liberauit
Agnoſcis / nunc tibi qualiter per ipām diuinā miſeratioñe
a peccato actuali liberata ſis oſtendam Conuerte ergo ra-
dium contemplationis ad beneficium iuſtificacionis / et cō
ſidera domini dei tui grām / ꝙ̄ paterne ꝑ occultam inſpira-
tioñe te a peccato actuali reuocauit / ꝙ̄ dulciter / et ꝙ̄ amica
biliter tibi loquendo / per interiorem allocutioñe te vocauit
dicens Reuertē reuertere ſunamitis / id eſt anima per pccm̄
miſera effecta / captiuata / et mortificata / Reuertere īquā ad
me o anima ego creator tuus ſum Reuertere ad me ego re-
demptor tuus ſum Reuertere ego tuus conſolator ſum /
Et ſi hec tibi modica videntur / reuertere vltimo quia ego
ſum tuus liberalis remunerator Reuertere ergo ego ſum q
tam nobiliter te creaui Reuertere ego ſum / qui te tam miſe
ricorditer per mortem meam amariſſimam de morte eter-
na liberaui Reuertere ego ſum / qui te bonis ſpiritualibus
et corꝑalibus tam multipliciter ditaui / Reuertere vltimo
o anima ad me ego ſum qui te iam ꝑ preparatam felicitatem
tam liberaliter remuneraui / Reuertere inq̄ꝑ o anima a pec
cato cogitacionis / a peccato locucionis / a peccato actionis
a peccato aſſuefactionis Reuertere o aīa ad me quia te ſāc
ti cum magno deſiderio exſpectant Reuertere quia ad tu-
um aduentum angeli exultant Reuertere te enim expectat
tota curia celeſtis Reuertere quia vocat te expanſis in cru
ce manibus iheſus criſtus Reuertere quia tuū reditū preſ-
tolatur / toci⁹ t̄nitatis abiſſus O anima hec fuit vox ſi bene
recolis dilecti te inuitantis in cāticis Aduerte nūc q̄ fuit lō
ganimitas expectātis O q̄ꝑto tꝑe tuū aduentū exſpectauit /
Heu q̄ꝑto tꝑe / te in pccīs tolerauit O quot et quātos / añ tu-
am cōuerſioñe in pccīs dāpnauit / et te ſemꝑ peccātē miſeri-
corditer expectauit / Reuertere ad huc o aīa / xp̄s in cruce

te exſpectans/ Het caput inclinatum ad te peccatricem et i mundam deoſculandum/habet brachia extenſa ad amplex andum/manus apertas ad remittendum/corpus exteuſum ad ſe totum impendendum / pedes affixos ad commanendum / latus patulum ad te in illud intromittendum Eſto ergo o anima iam columba/ nidificās in foraminibus petre et in cauernis macerie/ꝓuola manus ꝓuola pedes/inuola la teri/ibi tuta requies/ibi ſecura quies Hec bernardus Item hugo de ſancto victore

Hic docetur anima priſtinum ſtatum ſuum recognoſcere et deum de beneficijs ſibi collatis laudare

Hec ergo o anima ſi digne cogitare poſſes quot ⁊ quales in tui compatione abiecti ſunt qui tantam graciam conſequi n̄ meruerunt Elegit te et preelegit te ſponſus tuus Elegit te de omnibus/ aſſumpſit ex omnibus/amauit pre omnibus An ignoras o anima ꝙ̄ feda prius fuiſti / ꝙ̄ polluta et diſſoluta prius extitiſti Ipſe te lauit lauacro regenerationis pauit te cibo dulciſſimi ſui corpis Ipſe tibi dedit veſtimenta virtutum / quibus nuditatem tuam tegeras / et te adornares Ipſe contulit aromata bonorum operum quibus fetorem peccati effugares/ dedit tibi ſpeculum ſcripture/in quo faciem tuam agnoſceres Hec hugo / O anima vidiſti longanimitatem expectantis Iam nunc conuerte radium contemplacionis ad bonitatem iuſtificantis Cogita diligenter vnde tibi poſt hec omnia tam ineſtimabilis gracia/ vt eius merearis eſſe ſponſa/in quam deſiderant angeli proſpicere Quid ergo retribues domino pro omnibus/que retribuit tibi o anima mea Tribuit enim tibi per graciam vt ſis ſocia mēſe/ſocia regni/ſocia thalami/ vide quibus brachijs a te ſit amplexandꝰ/ quibus labijs deoſculandus/qui te tāti eſtimauit vt te ſuo ſanguine ꝓcioſo mundaret / et propter

te ſompnū mortis exciperet Hec bernardus

Nūc anima vitam ſuam recogitat et miſericordias dei ſibi factas deuote enumerat dicens

Fateor iam et recognoſco experior et intelligo/me multa plura hijs a deo meo recepiſſe Sed pro hijs omnib⁹ nichil dignum beneficijs tantis deo retribuiſſe Quapropter miſericordias dm̄ cū btō bernardo ineternū cātabo Septem em̄ miſericordias in me factas cōſidero p quas ſuam ineſtimabilem pietatē euidentiſſime recognoſco Primo q a multis peccatis me liberauit et cōſeruauit Scdo q me peccātē non ſtatim dampnauit/ſed q me plongante iniquitatē/ipſe plongauit pietatē Tercio quia cor meū imutauit vt fierent dulcia q̄ prius erant amara Quarto q me penitentem miſericorditer recepit Quinto q continendi et emendandi/ m̄ virtutē pſtitit Sexto q dedit michi grām pmerendi Septimo q michi tribuit ſpē obtinendi Nunc igitur rogo dic o homo pter diuinam clemenciam quid dn̄o meo retribuā p hijs omnib⁹/ne fiam indigna recipiendis/ſi ingrata inuēta fuero de pceptis/Quid igitur retribuam domino/niſi q diligam/et grās agā/confitear/et laudem dicam nomini ſuo eterno et benedicto/qui tam patus eſt michi dimittere mala/et tam ineſtimabilia conferre bona Gracie eius deputo q peccata mea quaſi glaciem ſoluit/gracie eius deputo quecumq3 mala non feci. et ideo omnia reputo michi dimiſſa/ quecūq3 p me ipſo duce nō ſunt cōmiſſa Homo Aīa ſcito q quicquid tibi dilectus tu⁹ cōtulit/pter te fecit/quicquid ſuſtinuit totū in caritate ppetua qua te diligit cōſūmauit Unde ſicut eſtimo/nec melius nec decenci⁹ q̄ per dilectionem retribuitur qd ex ſola dilectione cōdonatur

Anima amplius per contemplacionem rapta deuote recol

Agit dei beneficia dicens

Eya mi domine deus ſi hec ita ſe habēt/ qn̄tum ego infelix et miſerea diligere deberem deū meū/qui me creauit/ cū nō erā/redemit cū ꝑieram/et de ml'tis ꝑiculis me liberauit Quando errabam reduxit me qn̄do ignorabā. docuit me/ qn̄ peccabā corripuit me qn̄ cōtriſtabar conſolat⁹ eſt me/qn̄ pene deſpabā cōfortauit me/qn̄ ſteti tenuit me qn̄ cecidi erexit me/qn̄ iui duxit me/qn̄ veni benigne ſuſcepit me/hec ⁊ multa alia fecit michi deus me⁹/de quo m̄ dulce ſꝑ erit loq ſꝑ cogitare/ſemper gracias agere/vt ꝑ omnibus beneficijs ſuis poſſim eum laudare et amare Cum enim cunctis ſit preſidens/ſingulas res implens/vbiqȝ pn̄s/cūctorum curā agēs et tam ſingulis ꝙ omnibus ꝓuidens. ita eum totū ad cuſtodiam meā occupatum video/quaſi oim̄ oblitus ſit/et michi ſoli intendere velit Sic enim ſe pn̄tem michi exhibet/ſemꝑ ſe ꝑatū offert/ſi me ꝑatū inuenerit/vt quocūqȝ me vertero n̄ deſeret/niſi ego prius eū deſerā nec ꝓ ōnibus hijs qd̄ illi retribuam habeo/niſi tantū vt diligam Unde et bernardus O bone iheſu quociens poſt immenſas ⁊ innumerabiles lacrimas/quociens poſt varios ſingult⁹ et gemit⁹ me ſauciatū et iam pene deſꝑantem vnxiſti me vnctione miſericordie tue et quaſi pene deficientem excepiſti gaudentem/ nec dereliqſti de venia preſumentē Sed ſuper hec omnia / michi te o bone iheſu amabilem nō īmerito reddit calix paſſionis quē bibiſti/ opus noſtre redemptionis quod ſuſcepiſti Hoc eſt enim qd̄ totū amorem meum vēdicat ſibi/ hoc eſt qd̄ deuotionem meā blandius allicit / et iuſtius ſtringit/et vehemencius afficit Etenim vbi te humiliaſti/ vbi te naturalibus radijs exuiſti/ibi caritas plus effulſit ⁊ grā ampli⁹ radiauit Hec b̄nard⁹ Adiuro vos inquit aīa in canticis filie iherl'm/

vt ſi inueneritis dilectum meum/ nunciate ei quia amore lan
gueo Bernardus non aperit anima quem diligit/ quia pñ-
tem omnibus credit/ Amo te domine et impaciēs eſt amor
nec lacrimis ſedat̄/ donec amori datur quod amatur/ michil
eius meſticiam conſolatur/ quouſqꝫ non ſuſcipitur quod de
ſideratur Sed nunquid o homo ille tenetur deum diligere
qui ſe gaudet talia/ qualia ego commiſi/ minime cōmiſiſſe.

Or eque vel amplius deum diligere debet qui nō peccauit ſicut ille qui eum mortaliter offendit et de virtute caritatis

Homo

O anima non te quiſq̄ irrideat ab eo egram ſanari/ a quo ſi-
bi preſtitum eſt vt non egrotaret/ vel forſitan vt maiores la
borescautius euitaret Et ideo deum tantūdem/ ymmo re-
uera amplius diligat quia per quem te vidit tantis pecca-
torum languoribus exui/ per eum ſi videt tantis doloribus
non implicari Hec auguſtinus in li. cōfeſſ Item iheroni-
mꝰ Sine amore caritatis quāuis quiſqꝫ recte credat/ ad be
atitudinem tamen puenire nō poteſt/ quia tanta eſt carita-
tis virtus/ vt et prophecia et martirium ſine illa nichil cre-
dantur eſſe/ nullum enim premium caritati compenſatur/ ca
ritas namqꝫ omniū virtutū optinet principatum/ Auguſti-
nus Da michi te deus meus/ redde te michi amo te et ſi pa
rum eſt amē validius/ non poſſum metiri quātū deſit michi
amoris tui/ vt currat vita mea in amplexus tuos/ nec auer-
tatur donec abſcondatur in abſcondito vultus tui/ hoc tamē
ſcio ꝙ male michi eſt preter te/ et omnis copia que deꝰ meꝰ
non eſt/ michi egeſtas eſt Anima Nunc igitur o
homo quia pro omnibus hijs dilectorem meum vt dixiſti
diligere debeo/ queſo quātū aut quomodo ipſum diligam/
quatenus ſibi viciſſitudinem tante dilectionis rependam

O anima ſecundum bernardum quãuis cauſa diligendi deum deus ſit/modus vero diligendi eum/ eſt ſine modo diligere/poſſumus tamẽ modum aliqualem ex ipſis ſacre ſcripture locis inueſtigare Ipſe enim qui tibi dilectionem tribuit/modum diligendi oſtendit / quando ait diliges dominum deum tuum ex toto corde tuo / ex tota anima tua / ⁊ ex tota fortitudine tua/ Dilige ergo o anima amore ſingulari deum patrem / qui te tam nobiliter ex nichilo formauit Deum filium qui te tam ineſtimabiliter pro te moriendo reformauit/deum ſpiritum ſanctum qui te tam miſericorditer et tam dulciter ſepius conſolando a peccato preſeruauit / ⁊ in bono confortauit / dilige ergo deum patrem fortiter / vt nl'lo alieno amore periculoſe vincaris / deum filium dilige ſapienter vt nullo alieno amore doloſe ſeducaris / dilige deũ ſpiritum ſanctum dulciter vt nullo alieno amore vicioſe inficiaris vel aliter ſecundum bernardum

## Qualiter criſtus ſit diligendus

Diſce a criſto o anima criſtiana quemadmodum debeas diligere criſtum/dilige dulciter/prudenter et fortiter / dulciter vt amore illius omnis amor alius tibi vileſcat /et ipẽ ſit ſolus tibi mel in ore / melos in aure / iubilus in corde /dilige prudenter vt amor tuus in eo ſolo ⁊ in nullo alio continue inardeſcat / dilige fortiter vt tua fragilitas omnia dura et aſpera gaudenter pro ipſo ſuſtineat / vt dicas labor meus vix eſt vnius hore /et ſi amplius eſt vix ſenſio pre amore Unde et iheronimus Ita criſtianus in criſtum per amorem iugiter intendat/vt omnia dura ꝓpter ipſum libenter ſuſtineat donec ad ipſum libenter perueniat O anima ſp̄ in mente tua pertracta / ꝙ dulciter criſtus te dilexit in incarnacione/

q̄ꝫ prudenter in conuerſacione/q̄ꝫ fortiter in paſſione/nulla dilectio maior/nulla caritas ſincerior/nullus amor fortior/ q̄ꝫ qꝫ mortuꝰ eſt ꝑ te innocẽs/nichil in te qd̕ amaret inueniẽs Hec hugo Anima Queſo dic o hō̃ ſalua reuerẽcia/non ex curioſitate/ſed ex humilitate/nō ex p̄ſumptione ſed pocius ex deuotione interrogo/Quid eſt qd̕ amo cum deum meum amo

Quid ſit deum amare Homo

O aīa ſi q̄ſtio tua eēt p̄ſūptouſa nimis eēt viciosa/ Sꝫ q̄ꝛ ex deuotione oriť/deuotā reſpōſionē mereť/Audi ergo qd di cit ille magnus dei amator Auguſtinus Cum deum inquit amo/non amo ſpeciem aut decus/non tempus non candorem lucis/iſtis amicum oculis/non dulces melodias nō vnguenta ſuauiter redolencia non māna/non mella/non membra carnis amplexibus acceptabilia/non hec amo cū deum meum amo/Sed quid amo Amo lucem q̄ꝫdam/vocem q̄ꝫdam/odorem quēdam/quēdam cibum/quēdam amplexum hominis mei interioris/vbi fulget anime mee quod non capit locus/vbi ſonat qꝫ nō capit tempꝰ/vbi redolet qd̕ nō ſpargit flatus/vbi ſapit qd̕ non minuit edacitas/vbi heret qꝫ nō diuellet ſacietas Anima Dic queſo o homo vel paululum de virtute caritatis/qua cognita ad diligendum deum animus fortius inardeſcat

De virtute caritatis et amoris Homo

Reuera o anima caritatis fructus magnus eſt ſed occultus Caritas enim ſecundum auguſtinum in aduerſitatibus tolerat/in proſperitatibus temperat/in paſſionibus fortis/ in bonis operibus hilaris/in temptatione tutiſſima/in hoſpi-

talitate liberaliſſima/inter veros fratres letiſſima/inter.fal-
ſos pacientiſſima Ipſa eſt inter opprobria ſecura/inter odi
a benefica / inter iras placida/inter inſidias innocens/ī iniq
tate gemens/in veritate reſpirans / Bernardus O felix a-
mor ex quo oritur ſtrennuitas morum/ puritas affectuum /
ſublimitas intellectuum/ſanctitas deſideriorum/ claritas o
perum/fecunditas virtutum/dignitas meritorum/ ſublimi-
tas premiorum O dulcedo amoris / et amor dulcedinis / co
medat te cor meum/⁊ nectare tuo repleantur viſcera anime
mee Idem O anima mea ꝙ dulcis eſt cibus caritatis / qui
feſſos alleuiat/debiles corroborat/meſtos letificat / iugum
namqȝ veritatis facit ſuaue / et onus eius leue Fateor do-
mine/non ſuſtineo pondus diei et eſtus/ ſed iugum ſuaue et
onus leue porto/ Opus enim meum vix eſt vnius hore/ et ſi
plus eſt non ſencio pre amore/ Et quid plura Tanta eſt vis
amoris /.vt talem te neceſſe eſt eſſe/ quale eſt illud qđ amas
et cui per affectum coniungeris/in ipſius ſimilitudinem/ip-
ſa quodāmodo ſocietate tranſformaris dilectionis

Anima iam optime inſtructa humiliter petit ſibi impar
tiri caritatis donū dicens.

Iam video qm̄ miſer eſt omnis animus/vinctus amicicia/
rebus temporalibus / que cum labore acquiruntur / cum ti-
more poſſidentur/cum dolore amittuntur / Sed beatus eſt
qui amat te domine / et inimicum propter te/amicum in te
Solus enim nullum carum amittit/ cui in te omnes cari ſūt
te vero nemo amittit/niſi qui te dimittit / Qui aūt te dimit-
tit quo vadit / niſi a te placido ad te iratum Ancelmꝰ O ca-
ritas q̄ ſp ardes/et nūꝙ extingueris Caritas deꝰ meꝰ accē-
de me/ da qđ iubes/et iube qđ vis Iube certe vt contineā a
cōcupiſcencia carnis/ a cōcupiſcencia oculoꝝ/⁊ ābitione ſe-

culi Auguſtinus Minus te domine amat/qui aliquid te
cum amat/quod propter te non amat/ O homo amemꝰ criſ
tum ꝛ eius ſꝑ inherere q̃ramꝰ ãplexibus/ ꝛ facile videbitur
õne difficile Homo O anima iam vt video recognoſ
cis ꝙ felix et ꝙ beatus eſt qui in ſolo eternitatis deſiderio/
per amorem figitur/quia nec proſperitate extollitur/nec ad
uerſitate quaſſatur/et dum nichil habet in mundo quod di
ligat/nichil eſt in mundo quod ꝓtimeſcat Hec gregorius

Explicit prima pars huius libri que eſt de anima vide
licet qualiter creata ſit per naturam deformata per culpam
et reformata per graciam Incipit pars ſecunda que eſt
de mundana opulencia mundana excellencia et mundana
magnificencia Hic eſt radius quinte contemplacionis in
qua homo hortatur animam contemplacionis radium. ad
hunc mundum conuertere et ꝙ vana ſint omnia mundana
diligenter conſiderare dicens.

Homo

Conuerte o anima iam radium contemplatio
nis ad ea que ſunt iuxta te/ hoc eſt ad iſtum mun
dum ſenſibilem/vt ipſum et ea que in ipſo ſũt deſ
picias/et eo deſpecto/ãplius in amore criſti ſpõ
ſi tui inardeſcas/minus enim eum amas/ſi aliquid cum eo
appetis/quod propter ipſum et in ipſo non diligis/ Tanto
enim ſecundum gregorium quis ab illo ſuꝑno amore diſiũ
gitur/quanto inferius delcãtur/ Et cicius ad deum cõuer
titur/qui non habet in hoc ſeculo vbi delectatur Et ſecun
dum eundem gregorium Tãto quis ab infimo amore diſiũ
gitur/ꝙto ad ſola eterna amanda ſubleuatur/ Cetera ergo
creatura tibi vileſcat Hec auguſtinus Uolue igitur et re
uolue non tantũ ex auditis/ſed eciam ex expertis non tan
tum ex dictis/ſed eciam ex factis ꝙ inſtabilis ſit mundana
opulencia/ ꝙ mutabilis mundana excellencia/ ꝙ falſa et in

ſtabilis mundana gloria Omne enim quod hic eminet/ml̄ 22
to plus merore afficitur ꝙ̄ honore gaudet/ Unde bernar-
dus Ecce huius mundi amatores/nūdinas huius ſeculi ꝑ
ambulant/alij diuicias/alij honores/alij gloriam querētes/
Sed quid de diuicijs dicam/ que cū labore acquirunt/cū ti
more poſſidentur/cū dolore amittuntur Quid de honore
referam In loco ſublimi poſitus nunquid non eris iudi-
candus ab omnibus/lacerandus ab omnibus/ Nunquid
in honore ſine dolore/in prelacione ſine tribulatione/in ſub
limitate ſine vanitate/quis eſſe poterit Quid de gloria.
Nichil aliud eſt ꝙ̄ quedā vana aurium inflacio/nunquid ⁊
ipſa eſt ſine iudicio Reſpice quos antecedis/et cogita quia
hominibus inuidie ſemina p̄bes/Tociens angelo apoſtate
ſimilis eſſe volo/quociens preeſſe deſidero Hec bernardꝰ
Unde ⁊ iheronimus Nichil itaqꝫ rebus ſeculi ſeculo qꝫ fu
gatius/quas cum tenere cupimꝰ/amittimꝰ/Uidiſti imꝑato
res/vidiſti prefectos/vidiſti exercitus/victorias/et trium-
phos/heri fuerunt hodie non ſunt/Heri quaſi flos apparu
erūt/hodie quaſi fenum aruerunt/ nichil igitur bonum eſt
niſi qđ ꝑpetuum eſt/ Anima O homo ſi hec ita ſe ha/
bent quid eſt qđ miſeri homines querunt/dū mundi vanita
tem deſiderant/ O ꝙ̄tū obcecati ſunt/qui mundi gloriam
querunt Homo Nōnulli dum quorumdam gloriam
cernunt/magnum aliquid eſtimant/atqꝫ vt talia mereantur
exoptant/Cum vero eos morientes aſpiciunt/ꝙ̄ vana ſit he
orum gloria/cum gemitu fatentur et dicunt/ Ecce ꝙ̄ vana
ſunt omnia/et quia nichil eſt homo Hec gregorius

Hic ammonetur anima ad mentem.reducere huius mūdi
amatores qui fuerunt et modo non ſunt.

O anima cariſſima quid ſunt mundana oīa / niſi quedā. vana ſompnia / Et quid ꝓfuit ſuperbia / aut diuiciarum iactācia / amatoribus ſuis / Tranſierunt omnia tamq̄ vmbra / et tamq̄ nauis / que ꝑtranſit fluctuantem aquā / cuius non eſt inuenire veſtigium / In malignitate enim ſua / heu q̄ plurimi cōſumpti ſunt / et nullum virtutis ſignum reliquerunt / Ubi ſunt principes gencium / et qui dominati ſunt beſtijs q̄ ſunt ſuper terram / Qui argentum thezaurizauerūt / ⁊ aur congregauerunt / qui ciuitates et caſtra extruxerunt / reges et regna bellando deuicerunt / vbi ſapiens / vbi ſcriba / vbi inquiſitor huius ſeculi / Ubi ſalomon ſapientiſſimus / Ubi alexander potentiſſimus / Ubi ſampſon fortiſſimus / Ubi abſalon ſpecioſiſſimus / Ubi aſſuerus glorioſiſſimus / Ubi ceſares potentiſſimi / Ubi reges et principes incliti Quid ꝓfuit eis inanis gloria / breuis leticia / mundi potencia / magna familia / carnis voluptas / diuiciarum facultas / cōcupiſcēciarum ſuauitas / Ubi riſus / vbi leticia / vbi iactancia / vbi arrogancia / Ecce generoſitas ſanguinis / pulchritudo corporis / elegans forma / iuuenilis decor / preclara palacia / immenſa ſuppellex / adde et mūdi ſapiam / de mundo ſunt hec omnia et mundus quod ſuum eſt diligit / et cum mundo nō diu ſubſiſtunt /

Hic hortatur eam omnia vana deſerere et vnum verum ſūmum bonum querere et illi ſedulo adherere.

Tu ergo ſi recte ſapis / ſi tecum lumen oculorum eſt / deſine ſequi quod conſequi miſerum eſt / que poſſeſſa onerant / amata inquinant et amiſſa cruciant / Tu ergo relinque hec ōnia propter illum qui eſt ſuper omnia / fuge ergo et confuge o anima ad vrbem refugij / hoc eſt ad vitam religioſam / vbi poſſis de preteritis agere penitenciam / et in preſenti obti-

nere graciam / et feliciter preſtolari futuram gloriam Nec
te retardet peccatorum conſciā / quia vbi habundauit ini-
quitas / ſuperhabundare conſueuit et gracia. Non peni-
tencie auſteritas ipſa deterreat / non enim condigne ſūt paſ
ſiones huius temporis ad preteritam culpam que remitti-
tur / ad preſentem graciam que immittitur / et ad futuram
gloriam que promittitur Anima Iam falſitatem
et inſtabilitatem mundi agnoſco / ſed neſcio quo vinculo de
tenta adhuc auertere mentem nequeo Homo
O anima ſi diligenter et prudenter tuum periculum quod
de mundo incurris aduerteres / proculdubio tuum animū
a ſeculi vanitatibus cohiberes Grauis enim et nimis pe
riculoſa eſt mundana conuerſacio / Quia ſecundum ber-
nardum caſtitas periclitatur in delicijs / humilitas in diui-
cijs / pietas in negocijs / veritas in multiloquio / caritas
in hoc neq̄ ſeculo Criſoſtomus O anima debilis et infir
ma que tam facilis es ad decipiendum / tam prona ad cadē
dum / tam difficilis ad ſurgendum / an ignoras ꝙ ſicut diffi
cile eſt arborem iuxta viam poſitam / fructus pulcherrimos
vſqꝫ ad maturitatem producere / ſic difficile eſt hominem
iuxta ſeculum viuentem / iuſticiam immaculatam vſqꝫ in fi-
nem conſeruare Item auguſtinus

## Hic inſtruitur anima de miſeria humana bene conſideranda

Vincnla huius mundi veram habent aſperitatem / io-
cunditatem falſam / certum dolorem / incertam voluptatem
durum laborem / timidam quietem / plenam miſeriam / nullā
beatitudinem / et in fine omnium inanem ſpem / O anima ſi
hec in mente portares / mundum et ea q̄ in mundo ſūt con-

tempneres / Et quid eſt kariſſima quod diligis / quid ē qđ appetis / quid eſt quod in mundo queris

De prelacione fugienda

Si prelationem queris / quid aliud facis niſi qđ vitam tuā confundas / An ignoras / ꝙ monſtruoſa res eſt gradus ſū⸗ mus et animus infim⁹ ſedes prima / et vita ima / lingua mag niloqua / et manus ocioſa / ſermo multus / et fructus null⁹ / vultus grauis / et actus leuis / ingens auctoritas / et nutans ſtabilitas Hec bernardus Sed forte dicis ꝑlacionē qui dem appeto / ſed in ipſa bene et ſancte viuere intendo Q. đ dicis laudo / ſed raro qđ laudare valeam inuenio / vñ ſemp timeo / qđ dicit beatus gregori⁹ in regiſtro Ita ſibi regēciū et ſubditorum merita cōnectuntur / vt ſepe ex culpa ꝑſidencium / fiat deterior vita ſubditorū / et ſepe ex merito plebiū delinquat vita paſtorum

De humana ſapiencia ſpnenda

Si vero ſapienciam mundi queris / o quanto ꝑiculo te cō⸗ mittis Unde bernard⁹ / heu quot et quātos mundi male⸗ dicta ſapia ſupplantauit / et cōceptū diuinum in eis ſpm̄ ex⸗ tinxit / quē vehemenci⁹ dñs accendi voluit an ignoras ꝙ mū di ſapia ſcđm iacobū apoſtolū terrena eſt / animalis et dya⸗ bolica / inimica ſalutis / ſuffocatrix vite et mater cupiditatis aug⁹ Qui ſine ſaluatore ſalutē vult querere / et ſine vera ſapiencia eſtimat prudentem fieri poſſe / non ſanus ſed eger eſt / non prudens ſed ſtultus / in egritudine aſſidue labora⸗ bit. Qui enim creſcit in ſciencia / et non creſcit in bona vita elongatur a deo Tu ergo ſi ſapiens eſſe deſideras / diſce ſa⸗ pienciā in terris que tecū ꝑſeueret in celis / Unde et ihero⸗ nimus Hic ſtudeas qualiter ad ipſum ꝑuenias / quē ſemel

vidiſſe eſt omnia didiciſſe / hec eſt illa eterna veritas / ſine q̄ omne ſapere deſipe eſt / quā ſolum noſſe perfecte ſcire eſt / Auguſtinus Infelix homo qui ſcis omnia alia / te autē neſcis Beatus aūt qui te domine ſcit / et ſi alia neſciat Si aūt te et alia nouit non propter illa beatior / ſed ſolum propter te beatus

De diuicijs et delicijs contempnendis

Sed forte diuicias mundiales / pompas ſeculares / et delicias carnales / o anima diligis / et ideo mundum inuite derelinquis Sed attende q̄ caduca fragilia et q̄ breuia ſūt hec omnia / dic michi vbi reges / vbi principes / vbi ōniū predictorum dilectores / Timeo q̄ multi ex ipſis heu exterminati ſunt / et ad inferos deſcenderunt / Quid autem nunc ꝓdeſt eis ſupbia / quid diuiciarum iactancia Gregorius Nec diuiti obſunt opes ſi eis bene vtatur / nec paupem egeſtas cōmendabiliorem facit / ſi inter inopiam ſordes peccati nō caueat

De parentibus et carnalibus amicis ꝓpter xp̄m relinquēdis

Sed adhuc anima inuenis qđ obicis dicens / Mundū deſpicio / ſed amicos et cognatos derelinquere non valeo / friuola o anima hec eſt obiectio Unde bernardus Fidel' ſermo et omni acceptione dignus. Et ſi impiū eſt contempnere patrem ⁊ matrem / tamen ꝓpter criſtum contempnere piiſſimum eſt Nam qui dixit honora patrem et matrem ipſe eciam dixit qui amat patrem et matrem plus q̄ me non eſt me dignus O dirum patrem / o ſeuam matrem / o pn̄tes crudeles et impios / ymmo non pn̄tes ſed pemptores qui te malunt perire cum eis / q̄ regnare ſine eis / Item iheronimus Licet paruulus ex collo nepos pendeat / licet ſparſo crine ⁊ ſciſſis veſtibus vbera quibus te nutrierat mater oſtendat / licet in limine pater iaceat / cōtempta matre / pge calcato pr̄e /

et ſiccis oculis cõuola ad vexillũ crucis/ Solum pietatis ge
nus eſt in hac re fuiſſe crudelē Veniet poſtea dies/quo vic
tor reuertaris in patriam/ quo iheroſolimam celeſtem vir
fortis coronatus incedas / Nũc municipatũ cũ paulo capies
tunc et pntibus tuis eiuſdem ciuitatis ius petes. Ité Cri
ſoſtomus An ignoras o anima q̄ qui ihm̄ hʒ/patrem et ma
trem et omnē amicum hʒ/ Quid ſequeris mortuos / ſeque
re viuum /,et dimitte mortuos ſepelire mortuos ſuos

Anima Jam ex verbis tuis o homo ppendo /et ex mľ
tis expimētis agnoſco / q̄ iam mũdus in ſeipſo aruit/ſed ad
huc in mľtoꝝ cordibus heu floreſcit/ Amaritudines mũdi
diligunt/fugientē ſequuntur/ labentem/ amplectũtur / Dic
rogo que tante cecitatis racio

Cur reprobi diligunt terrena electi vero eterna Homo

O anima ignoras q̄ tam delicata et tam nobilis es a ſponſo
tuo oim auctore cõdita/ q̄ ſine dilectione eſſe nõ potes vnde
iheronimus difficile eſt humanā aīam non amare/neceſſe e
nim eſt vt mens noſtra ad quoſcũqʒ trahatur affectus Vñ
eciam ſecundum bernardum opʒ q̄ aut ī ſũmis aut ī infimis
delcēmur Igitur ſecundum gregoriũ Quia ſũt nonnulli/
qui vitā ſuam negligunt / dũ tranſitoria appetunt / et eterna
non intelligunt/vel intellecta contempnũt/dolorem non ſen
ciunt / dũ vulnerati exiſtunt Vnde heu miſeri nũc in bonis
eſſe ſe putant/exilium quaſi patriā diligunt/et in cecitate q̄ſi
in luminis claritate exultant Econtra electorum mētes dũ
cuncta tranſitoria quaſi nulla conſpiciũt/ad quid ſunt condi
ti requirunt Cumqʒ eoꝝ affectui nichil extra deum ſuffici
at/in ſola contemplacione conditoris requieſcunt. Supi
us intereſſe ciuibus appetunt/ ꝛ adhuc ī mundo poſiti extra
mũdũ ſurgũt Jdē ſup ezechielē Dulcedo videt̄ in rebꝰ hu
manis/ſed eis qui de celeſtibus nullā dulcedinē expti ſunt/

quia dū mens humana minꝰ eterna intelligit/tāto dulciꝰ in tpalibus requieſcit/ſed ſi quis iam cordis lingua guſtauerit que ſit illa dulcedo celeſtium p̄miorum/ huic/ qn̄to dulcius fit qd̄ intus videt/tantomagis in amaritudinem vertit̄ omne qd̄ foris ſuſtinet Anima Ne queſo o homo ꝓcraſtines michi aliqua de mundano et celeſti gaudio ediſcere/ q̄tinꝰ vtriuſq; natura pfectius cognita/vnū veriꝰ deſpiciam/et ad alterū aſſequēdū ſtudioſiꝰ me extendā/puto em̄ ꝙ ſicut bonū non amatur niſi cognoſcatur/ ita malum non deuitatur niſi intelligatur

Qz gaudiū mūdanū ꝓpter quinq; ſit contempnendum

Homo

O aia eſtimo ꝙ mūdanū gaudiū ſi tn̄ poteſt dici gaudiū / et nō pociꝰ flagellū incognitū/nūq̄ pfcē cognoſcit̄ niſi cū pfecte deſpicit̄/Vn̄ ſicut a pfect̄ mūdi cōtemptoribꝰ tradit̄ mūdanū gaudiū potiſſime ꝓpter quīq; cōtemptibile eſt habēdū Primo q2 h3 vilitatē in obiecto Quid ē ſeculi leticia Reſpōdet auguſtinꝰ/ipunita nequicia/id eſt inebriari/luxuriari/cōmeſſacōibꝰ vacare/vanitatibꝰ intēdere Et ꝓhijs in hac vita nichil mali ſuſtinere Putant em̄ mali ſecuros ſe eē in delicijs/cū nō corrigūt̄ ꝓ ſuis neqcijs/et ignorant ſicut dicit Idē augꝰ ꝙ nichil infelicius eſt felicitate peccāciū/ q2 penal̄ infirmitas nutrit̄ ⁊ mala volūtas roborat̄/Scdo h3 impuritatē in ſbiecto Aia em̄ pccis deformata/eſt ſbietū mundani gaudij/ q̄ letat̄ cū malefecerit/et exultat in rebus peſſimis/vn̄ dicit beatus iheronīꝰ ꝙ ridere et gaudere in hoc ſeculo/nō eſt factum hominis ſenſati ſed frenetici Et reuera o anima cor mundū/nō cū hoc ſeculo imundo/ ſed cum deo et in deo letum eſt / et iocundum. Tercio habet breuitatem in ſeipſo/ Quia gaudium ypocrite ad inſtar puncti/ quod nec longum nec latum / nec altum nec profundum Unde auguſtinus leticia ſeculi vanitas ē/que cū magno deſiderio ſpatur/vt veiat/et n̄ pt teneri cū venerit O aia vide ꝙ

brevis et inſtabilis/ q̄ꝫ caduca et q̄ꝫ fragilis eſt mundana leti
cia/ Unñ beatus iob breues enim dies hominis ſūt Quar
to habet triſticiā in termino quia ducūt heu miſeri in bonis
dies ſuos/et in puncto ad infernū deſcendunt Extrema eiñ
gaudij luctus occupat/ymmo o anima ſi vales diſcernere ta
le gaudium habet frequēter triſticiam admixtam in actu ſu
o/quia neceſſe eſt q̄ timeat ſeua pturbata conſcia An igno-
ras o anima q̄ non diucius pdurat leticia/ que eſt in come-
dendo et bibendo / q̄ꝫ durat triſticia que eſt in eſuriendo et
ſiciendo / ſic eſt de omnibus alijs Quinto mūdanum gau-
dium habet miſeriam magnam in effectu ꝓprio / quia ē ſpi-
ritualis gaudij impedimentum Agnoſce o anima q̄ꝫ miſer
eſt iſte mundus/et q̄ꝫ miſeri qui ipſum ſequuntur/ Semper
enim mundana gaudia excluſerunt homines a vita beata.
Unñ bernardꝰ O quā vilis et inutilis eſt mundana conſola
tio/et qd̄ eſt plus metuēdum / quia vere et ſancte conſolaci-
onis eſt impedimentum / Renuas ergo o anima mea in mū
do delectari/ ſi vis de dei memoria conſolari Auguſtinus
Cetera creatura homī vileſcat vt creator in corde dl'ceſcat

Aīa diligenter iā inſtructa pata ē cōtempnere mūdana vi-
de et ait

Iā mundū deſpicio/ iā falſā leticiam/ verāq̄ꝫ triſticiā falſaꝫ
dulcedinē/ꝛ verā mūdi amaritudinē agnoſco/et ob hoc non
imerito ſcd̄m tuū conſiliū hec oīa contempno/ Sed quia aſ
ſeris ſine dilectione eſſe nō valeo Dic q̄ſo o hō quid agam
quo me cōuertā vbi dilcōnē cōuenientē inueniā Homo
O aīa ſi teipſā pfecte cognoſceres/ex tui cognitione mūdū
ꝛ oīa q̄ in eo ſūt leuiter cōtēpneres/et diſcere poſſes/ quā cō
uerſionē in tua cōſolatiōe affectare nō imerito deberes O
aīa/ſi te de natura celeſti intelligeres/ ꝓculdubio terrenā cō
ſolationē abhorreres/ Erubeſce ergo cōſolari in ceno/ q̄ es
de celo Erubeſce ī ymis delectari/ q̄ non potes niſi in ſūmis

ſaciari/natura es vt puto celeſtis/celeſtem ergo conſolacio=
nē ſicut eſtimo naturaliter/ſi carnis inſania ꝑmitteret/appe
teres et requireres Anſhelmus Bnard⁹ O q̄ dulce et q̄ delectabile
eſſet/adiūcto diui amoris cōdimento/ſcd̄m naturā viuere/ſi
vt dcm̄ eſt carnalis inſania nos permitteret/qua ſanata ſta=
tim naturalibus natura arrideret Anima Et quid eſt
ꝓprie ſecundum naturā viuere
Quid ſit ſcd̄m naturam qua creati ſumus viuere Homo

Proꝑiſſime ſcd̄m naturā eſt in terris celeſtem vitā ducere
ab exterioribus ad interiora redire/ab inferioribus ad ſup=
na aſcendere/⁊ facerre omnia ſcd̄m nobiliſſimū qd̄ eſt in ho
mine ꝓcellēs, hoc ē ſcd̄m intellcm̄ Anima Poteſt ne
aliquis in terris in hac lacrimarū valle vitā celeſtē ducere
Homo O aīa ſi de meis verbis tanq̄ hoīs pccōris du
bitas/et miraris/audi auguſtinū ⁊ apl'm dicentes de h̄ Et
quid dicit auguſti⁹ Cū etnū aliquid ꝑ cognitionē ⁊ amorē
capim⁹ mente iā nō in hoc mūdo ſum⁹ Hinc ē qd̄ dicit apl's
Nrā īquit ꝯuerſacio in celis eſt Puto ergo o aīa mea q̄ ve
rius es vbi amas/q̄ vbi animas/quicquid diligis/ipſa dilec
tionis vi in eius ſimilitudinem trāſformaris/ſi ergo celeſtia
contemplaris/ſi celeſtia diligis qūo iam nō in celis cōmora
ris/que celeſtibus ſpiritib⁹ in vita ſimilaris
Anima ſeipſam reprehendit et celeſtem conſolationē dili=
genter inquirit dicens
Heu heu iam me infelicem et miſeram/miſerabiliter iā mul
to tp̄e excecatā/que tāto tp̄e et ꝑ cognicionē/et in tp̄alibus ⁊
in terrenis oberraui/ac mundanis ⁊ vilibus me ꝑ amorē al=
ligaui/de quib⁹ paucā cōſolacionē/ꝫ mltā amaritudinē/⁊ d
ſolacionē/modicā valde et exilem leticiam/ſed vanā et ſepe
magnā cordis triſticā ſumpſi Dic ergo o queſo que eſt ce=
leſtis ꝯſolacō/ſi quomō ad ipſā poſſem ꝑtingere/in hac val
le lacrimaꝝ et miſerie Quid eſt qd̄ in deo meo inuenio cum

tam libenter et tã faciliter omnia ꝓpter ipm̄ contempno/cũ intra meipãm dico cũ gaudio/deus cordis mei deus pars mea in eternũ Quid eſt qđ in ipa breuiſſima hora/in dilcõ meo deguſto/cum oia dura/ꝛ amara/et aſpera gaudenter ꝛ hilariter ꝓpter ipſum ſuſtinere/totis viribus cõcupiſco/et dico michi adherere deo bonũ eſt/et quis me ſepabit a caritate xp̄i

Ponitur hic celeſtis conſolacio que electis datur in hoc mundo Homo

O anima hec conſolacio ſcđm bernardũ nichil aliud eſt/ꝙ gracia quedã deuocionis ꝓcedens de ſpe venie/et quidam guſtus boni licet exiguus/et ſuauiſſima q̄dam delectacio/q̄ benign⁹ deus afflictam recreat animã/qua aia ad deũ requirendũ inuitatur/et ad diuinũ amorem vehemẽter accendit̃ Vñ hugo de ſcõ victore O anima quid putas/eſt hic tam dulce et tã ſuaue/qđ in recordacõe dilecti deuotas ſolet tãgere animas/et tam ſuauiter afficere/vt iã totaliter a ſeipſis alienari incipiant Exhilaratur conſcia/in obliuioné venit oim̄ preteritoꝝ dolorũ memoria Exultat anim⁹/clareſcit itellectus/cor illuminatur/affect⁹ iocũdatur/iã neſciunt mẽbra Vbi ſe eſſe conſpiciũt/et quaſi ãplexib⁹ amoris aliquid intus tenent/et neſciũt quid ſit/et tñ totis viribus tenere cõcupiſcũt Luctatur quodammõ delcãbiliter anim⁹/ne recedat ab eo/quaſi in eo finẽ oim̄ deſiderioꝝ inuenerit/ Hinc quoqꝫ beat⁹ bnardus ait Nõ nũꝙ dñe quaſi clauſis oculis ad te inhiãti mittis m̄ in os cordi/qđ non licet mõ ſcire quid ſit Saporẽ quidẽ ſentio/dulcedinẽ a deo cõfortantẽ qđ ſi ꝑficeret̃ in me nichil vltra q̄rerẽ/nonne hic eſt cordis iubilus

Quid ſit iubilus cordis Gregorius Jubilus dicit̃ ineffabile mentis gaudiũ/qđ nec abſcondi nec ſermonibus aperiri p̄t/ſed tñ quibuſdã motibus aperitur/licet nullis ꝓprietatibus exprimatur Vnde pſalmiſta beatus populus

quiſcit iubilacionem Non dicit qui loquitur/ſed qui ſcit 27
Quia iubilus quidem intellectu ſciri poteſt/ſed dicto exp̄-
mi non poteſt Iſtū aūt guſtum p̄dcm̄ accipio/nullo corpo
ris nullo anime ſenſu/nullo ſpūs intellectu/ Adverte me ſi
ſcire vis/quid ſit Cū accepero et ruminare volo/et diiudi-
care eius saporem ſtatim tranſit Deglutio quidē illud quit
quid eſt in ſpe vite eterne/ſed opacionis eius virtutē diu ru
minādo/oibus anime mee venis ⁊ medullis corō quaſi vita
lem quēdam ſuccum optabam infundere/nec ab omnibus
alijs affectionibus deſipet/et illud ſolum ſaperet Sed feſ-
tinet tranſire/et cū de inquiſicione et accepcione eius vel vi
ſu formata/quedam liniamenta memoria geſtio artius im-
preſſato cōmittere/vel eciam memoriā labilem ſcripto iuua
re expimento/cogor dicere illud euangelij Neſcio vn̄ veni
at/aut quo vadat Hec bernardus Quc putas o anima eſt
tam dulcis et tam ſuauis delectacio Anima O homo
quis det vt hec tam dulcis inexpta conſolacio/in cor meum
perueniat/et maloꝝ meorum obliuiſcar/ac mundanam con
ſolacionem deſpiciam ⁊ a meipſa feliciter alienari incipiam
Homo O anima magnum eſt qō deſideras/et ineffabile
donū eſt qō exoptas/Unde vt eſtimo humano ſtudio non
poteſt optineri/atqꝫ humano merito vix promereri Sed a
deo humilibus precibus a digne diſpoſitis/ex ſola diuine
pietatis condeſcendencia vix poterit impetrari Omne enī
aurum in comparacione illius arena eſt exigua/et argentū
illi compatum/tam̄q̄ nichilum reputatur Anima O
homo dic rogo qualis debet eſſe diſpoſicio q̄liter ordinari
dēt ad impetrandū orātis affectio O aīa de hac materia ml'
tū dici poſſet ab exptis/ſed qꝛ inexptū me recognoſco/eciā
pauca dicere erubeſco/vn̄ timeo ne dicat̄ cōtra me q̄re tu e-
nerras qō nō deguſtas q̄re tāq̄ indign⁹ laudas qō ignoras
Anima O homo noli timere cū reuerencia et humilitate
que audiſti et legiſti deuote ꝓponere/ml'ti enī de reb⁹ mag

nis et arduis vtiliter alijs ꝓpoſuerunt/ que non de propria
expiencia/ſed de aliena ſciencia didicerunt Homo O
anima iam cũ aliqualia audacia loquar/nã ſi vires imperi-
cia denegat/caritas ſubminiſtrat vn ſicut ſencio ſic refero.

Qualis eſſe debeat qui celeſtem dulcedinem deguſtare de
ſiderat

Puto ſaluo meliori iudicio/ſi vis te ad hanc celeſtem dul-
cedinem deguſtãdam ꝑparare debes eſſe depurata exerci-
tata et eleuata In primo hec celeſtis dulcedo odoratur/ in
ſcdo deguſtatur / et in tercio aliqñ vſqȝ ad ebrietatem ſumit
et potatur Primo dico ꝙ debet eſſe mens purgata / et de-
purata a pccis/et affectionibus / et inordinatis cogitationi
bus//et a tpali conſolacione/quia ſcdm bnardum errat om-
nino ſi quis illam dulcedinem celeſtem huic cineri diuinum
illud balſamũ/ huic venenoſo gaudio / cariſmata illa ſancti
ſpũs/huius ſeculi illecebris miſterij poſſe arbitratur Sed
poſtꝙ a talibus anima fuerit purgata lacrimoſis gemitib9 /
depurata doloribus/cando idata fletibus / tunc odore celeſt
dulcedinis anima conſolatur et reficitur Quia dignum eſt
ſicut dicit ſanctus auguſtinus ꝙ mẽs illa ſemꝑ in ſe dolores
inueniat/que derelicto creatore ſemꝑ in ſe et i creaturis gau
dia querebat Pulchre igitur gregorius ſuꝑ illo verbo ſacti
iob añquam comedam ſuſpiro dicit Comedere namqȝ eſt
anime ſuꝑne lucis cõtemplationibus paſci / Suſpirat ergo
anteꝙ comedat/quia prius gemitu tribulacionis afficitur /
et poſtmodũ cõtemplacionis refectione ſaciatur Niſi eñi
ſuſpiret nõ comedit/quia qui ſe in huius ſeculi exilio ꝑ deſi-
derioꝝ celeſtiũ lamenta nõ huiliat/eterne patrie gaudia nõ
deguſtat A veritatis enim pabulo ieiuni ſũt/ qui in hac pe-
grinationis inopia letant Scdo debet mens eſſe exercita-
ta in bonoꝝ opatione/ ⁊ maloꝝ ꝑpeſſione Vñ beati q lugẽt
qm̃ ipſi conſolabũt/quia quos amor veritati afficit/ bonorũ

exercitatio et malorꝫ ꝑpeſſio nūꝙ̄ frangit/quia refectio con ſolacionis paſcit Bernardus O bone ihū quociens poſt in numerabiles lacrimas ⁊ gemitus/ſauciatam aīam meā vnx iſti/vnctione miſericordie tue/et omnino quā pene deſpātē excepiſti/conſolatam et de venia preſumentem dereliquiſti Ecce quod precium rerum boneſtarum in ipis eſt/Alū Re uera licet in inicio arta ſit via/que ducit ad vitam/ꝓceſſu ta men temporis ineſtimabilis delectacionis dulcedine dila tatur/O igitur ꝙ̄ beata conſolacio/que diuinitus infundi tur laborantibus ꝓ criſto Tercium in quo anima inebria tur bac dulcedine/eſt mentis eleuacio/qua animus feliciter a terrenis abſtrabitur/et miro quodammō/ſupra ſeipſam ſupra mundū ymmo ſupra omnem creaturā eleuatur/vt iā dicere poſſit anima/Introduxit me rex in cellaria ſua Dec eſt cella vinaria in qua introducitur anima/vbi bibit de vi no cōdito ineſtimabilis diuinitatis/et de lacte albiſſimo in contaminabilis bumanitatis O anima bic bibunt amici et inebriātur cariſſimi O felix ebrietas/quā ſequitur mentis et corporis tam caſta et ſancta ſobrietas/bic efficitur anima more ebrii gaudens et letabunda/in aduerſis fortis/et ſecu ra in periculis prudens et diſcreta in proſperis/liberalis et pia in condonandis iniuriis/et tandem quieta et ſompnolē ta recumbens/in diuinis amplexibus cum leua ſponſi ſpon ſam amicabiliter ſub capite ſuſtentat/et dextera dilecti di lcām familiariter amplexatur

Anima bic conqueritur ꝙ in contemplacione ſuſpenſa re pulſam patitur dicens

O bomo cōfiteor cum bumilitate et reuerencia/qđ accidit aliqñ licet raro/ꝙ cū magna violēcia circa cōuerſionis mee primordia/animum a terrenis abſtraxi/et ad celeſtia con templanda cum conatu nimio eleuaui Intraui cū tremore/ circūſpexi cū rubore/vidi choros angelorꝫ/palacia et gau

dia patriarcharum et pphetarum/et aplorū circūſpexi taberna-
cula cōuiuia martirū/ſolacia cōfeſſorum atq3 virginum/ꝛ q̄
ſi elemoſinā alicuiꝰ conſolacionis a ſingulis pecij/micas de
cidentes de menſa dn̄orum pecij/nec optinui Sed qd̄ audi
tu lamentabile eſt/mox ab omnibus vt peregrina et incog-
nita fui repulſa Quid ergo michi profuit laborioſa mentis
eleuacio/qua nulla proſecuta fuit conſolacio

Qr non ſit querenda conſolacio diuina niſi precesſerit actio
ſancta Homo

O aīa nō fuit ſine cauſa/repulſio tā deſolatoria/puta q͛ hoc
fuit q2 voluiſti eſſe ſocia cōſolacionis/an̄q̄ fuiſſes ſocia cō-
paſſionis/voluiſti eſſe particeps remuneracōis an̄q̄ fieres
virtutū ymitatrix Satage igit͛ primo eſſe ſocia angelorum p
puritatē et innocenciā/patriarcharum et pphetarum p humilita
tē et fidei conſtanciā Stude eſſe filia aplorum et martirū p ca
ritatem et pacienciam/confeſſorum et virginū per pietatem et
continenciam/et tunc certe in hoc exilio ſaltem cum filio p-
digo pij patris elemoſinam optinebis

Anima per contemptum mundi iam perfecta incipit ſape-
re celeſtia vnde et ait

O homo q̄ vana et inſipida ſunt omnia tranſitoria/et iam
agnoſco/et obhoc muudū deſpicio/cōſolacionesq3 ſeculi vi
lipēdo/mūdana quoq3 gaudia ſicut venena mortifera fugio
et cōtempno/vitā eciā preteritā/quaſi mortuā plango/ꝛ mē
tē meā miſerā gemitibꝰ et fletibꝰ abluo/et repurgo et ſi aliqn̄
inter lacrimas et gemitꝰ odorē diuine ſuauitatis vl' modicū
ſentio/adhuc tamē panem filiorum et vinū amicorū infelix et
miſera ieiuna et ſitibūda nō deguſto Vn̄ et bernardꝰ Nō
acceſſit adhuc dn̄e deꝰ meꝰ cor meū ad multitudinē dl'cedi-
nis tue/quā abſcōdiſti timentibꝰ te Foris eiꝰ odore vtcūq3
ſuſtentor/quod eſt michi ſup odorem balſami cunctiq3 ge-

neris ſuauia odoramenta Jtē auguſtin⁹ Dnē deus ſi tā nobilis eſt odor tuus ꝙ dulcis eſt tue dulcedinis ſapor Si tante virtutis eſt modica deguſtacio/qn̄tum iocūditatis habet felix inebriatio Dn̄e quis michi det vt venias ī cor meum/et inebries illud vino tuo et amplectetur te deus meus

Homo O anima deuota loquar ſalua reuerencia/nimis es auara/necnō preſumptuoſa/vires tuas ꝑpende/merita conſidera/virtutes diſcerne/et ſi placet tūc ſufficiat tibi magis in odore vnguētoꝝ diuinorū cū adoleſcentul' humiliter currere/ꝙ preſumptuoſe ſupra merita poſtulare

Anima quondam diſcipula ꝛ peccatrix iam incipit eſſe magiſtra vndē audacter ait

O hō ꝙ durus et onerosus es aliqn̄ michi miſere cōſolator ꝙ ꝑcus ſi fas ſit dicere/diuine bonitatis es diſpenſator/audacter dico/tacere nō valeo/m̄ odor nō ſufficit/modic⁹ guſtus plene nō reficit ſed afficit ebetatē affect⁹ mens appetit et requirit Scio nāqȝ q dicit bibite amici et inebriami kͣm̄i Si deꝓmit indignitas petentis ſpē tm̄ erigit pietas ꝓmittētis O hō quō dubitare valeo/quin pat⁹ ſit dare ſua dona/q ꝓ me nō dedignatus ē pati mala mea An ignoras qui multos de dei pietate docuiſti ꝙ a beato auguſtino didiciſti ſic dicente Erubeſce humana pigricia/plus vult deus dare ꝙ audeat homo poſtulare Jdem de vera religione deus dedit nobis pign⁹ ſpūs in quo ſenciamus eius dulcedinē/ꝛ deguſtemus ipm vite fontē/in quo ſobria ebrietate irrigamur tꝙ lignū qđ plantatū ē ſecus decurſus aqꝛū Criſoſtomus Omnipotenciam dei nichil clariorē reddit ꝙ ꝙ potētes facit eos/q ſperant in eo/ Nā deo ꝑ ſpem inixum animū nl'la fraus nl'la illecebra/poterit ſtātē deicere/l' dimicātē ſupare

In verbis iſtis miſericordiam dei conſideremus et de bonitate eius nunꝙ deſperemus

Erubeſcat iã hũana deſpatio/ et maledcã ſit puſillanimitatis trepidatio/ que diuitẽ et nimis liberalem in ões qui inuocant illũ/ eſtimat illis qui ſpem pfectam ponũt in illũ/ ſua poſſe bñficia denegare Nũquid nõ pater eternus apđ quẽ nulla eſt tranſmutatio/ ex ſola libertatis imenſitate filiũ ſuum miſit/ in quo dedit totũ qđ habuit totum qđ potuit totũ qđ ipſe fuit Si enim ſua liberalitas/ ſuam infinitam bonitatem diminueret forſitan non imerito noſtra infirmitas trepidaret Sed quia ex ſeipſo et non ex accidenti dono bon⁹ eſt/ ex ſue bonitatis cõmunicatione non diminuitur/ nec ex aliene bonitatis additione augetur Hec Criſoſtomus

Homo O anima magna eſt fides tua/ valde fortis es in ſpe et cõfidencia Sed q̃uis ſpes que procedit ex meritis et diuine clemencie confidencia/ meritoria ſit laudabilis et ſancta/ conſulo tamen ſane/ anteq̃ ad querendam ebrietatẽ ſupra te aſcendas prius p tui cõſideracõnẽ ſalubriter infra te deſcẽdas/ vt diſcas tuum ſponſum reuerenter timere/ añ q̃ incipias ſuũ ſecretũ cubiculum introire Quem non ſolũ timere debes cum iraſcitur/ verum eciam cũ ſuauiſſime blãditur Anima Dic queſo o homo breuiter q̃ ſunt illa inferiora ad q̃ mea conſideracio eſt conuertenda Aſcẽdere feſtino/ ebrietatem diuine conſolacionis quero/ in inferioribus diu morare non valeo Iam dilecta tabernacula domini inhabitare deſidero/ et in atrijs domini totis viſceribus eſſe concupiſco

Explicit ſcđa pars huius libri que eſt de mũdana opulẽcia excellencia et gloria Sequitur pars tercia que eſt de mortis neceſſitate. iudicij equitate. et pene infernalis acerbitate.

In primo ãmonetur anima contemplationis ſue radium ad inferiora flectere et nouiſſima ſua diligenter cõſiderare

Homo

30

O Anima hec inferiora ſunt/vt te cõuertas et videas
moꝛtis ineuitabilem neccitatē/ꝛ ingemiſcas/diuini iu
dicij ineffabilem equitatem/ꝛ cõtremiſcas penarū
infernalium intollerabilem aſperitatem / et expaueſcas/
Conſidera ergo frequēt/volue et reuolue diligent/ꝙ moꝛs
non pt declinari/hora moꝛtis nō pt inueſtigari / et tēpꝰ a deo
pordinatū nō valet imutari vn̄ yſidorꝰ In rebꝰ hūāis nich
il certius morte/nichil incerciꝰ hora mortis/nō miſeretur iopie/
Nō reueretur potenciā/nō reſpicit morū aut generis excellē
ciā/nō pcit tempori vel etati/ſenibꝰ eſt in ianuis et iuuenibꝰ
in inſidijs Anima O hō vt audio noſtrū viuere nichil
aliud eſt/ꝙ ad mortem tranſire Cur ergo tpalia diligūt / q̄
tā incerto tpe poſſidentur Cur tāto tpe vitā iſtā deſideraꝰ-
in qua qn̄to ampliꝰ viuemꝰ/tāto plus peccamꝰ/qn̄to vita lō
gior / tāto culpa numeroſior/ Cotidie nāqꝫ creſcunt mala/ꝛ
ſubtrahūtur bona/ Quis em̄ conſiderare valeat/ qn̄ta mala
p momenta temporū ppetramꝰ/et qn̄ta bona negligimus
Grauis ſiquidē culpa eſt/cū nec bonū facimus/nec bona co
gitamus/ſed mentem p inania ꝛ inutilia vagari pmittimus

De morte eius

Cur carnales homines hāc vitā diligūt et ꝙ fugitiā ſit non
ppendunt

Bene dicis o anima Nam ſcdm gregoriū carnales mētes
idcirco tpalia diligunt/quia vita carnis ꝙ fugitiua ſit/mini-
me ppendūt Nā ſi velocitatē trāſitꝰ eiꝰ aſpicerent/hāc eciā
pſperitatē modico duraturā minime amarēt Vn̄ et augꝰ
vita mea nauiganti ſimilis eſt/quia ſiue dormiam ſiue vigi-
lē/ſp feſtinus vado ad mortē O vita pn̄s ꝙ multos decipis
que dum fugis nichil es/cum videris vmbra es.dum exalta
ris fumus es Dulcis es ſtultis / et amara ſapientibus/
Qui te amāt nō te cognoſcūt/qui te fugiūt ipſi te intelligūt
Alijs te pmittis longā vt decipias/alijs breuē vt in deſpa-
tionē eos inducas Auctor de ſpiritu et anima Jugi medi-

Rationes qu[are] carnales præsentem [vitam] diligunt

tatione aīm noſtꝝ exerceam⁹ et miſerias noſtras conſiderenius Cum dolore vitam iſtam intrauimus/ cū labore viuimus/et cū timore exituri ſumus Itē bernard⁹ Quotquot degimus in hac regione vmbre morꝭ/in infirmitate corpis / in conflictu et loco temptacionis/ſi diligenter aduertimus/ triplici incomodo laboramus miſerabiliter / faciles eñ ſumus ad ſeducendū/debiles ad reſiſtendū/ꝛ fragiles ad opādum Anima Jam video o homo/ꝙ invtiliter in hoc tempore viuitur/niſi ad cōpandum meritum quo ineternuꝫ viuatur Ideo non eſſet curādū ꝙ̄ diu eſſet viuendum / ſed pocius ꝙ̄ bene in hac vita opandum Quia ſi alicui ꝙ bene viuat cōdonetur/tñ vt diu viuat certū eſt ꝙ nulli conceditur Bernardus Eſt igiť vita ſecura/vbi cōſcia pura vbi mors ſine formidine exſpectatur/et cum dulcedine adeſſe optať et cū deuocione acceptať. Hō O anima ſi hec ſic ſe habere intelligas/audi meū ꝯſiliū/et in hac vita ꝙ̄ diu durat ꝯpa ť vitā illā q̄ ſꝑ durat dū viuis ī carē/morere mūdo vt p⁹/ do īcipias viuere in celo Bernard⁹ Intellige ꝙ veniētē mortē null⁹ letus et hilaris ſuſcipit/niſi qui ad eam ſe ipſū dū viueret/bonis opibus preparauit Attende ꝙ ſcd̄m ſenecā inſipiens et criminoſus moriendo mortem incipit/ ſed ſapiens et virtuoſus moriendo mortem vincit Anima O homo video ꝙ bonoꝝ mors eſt beata/ mors vero pccōꝝ infelix et miſera. Homo O anima ſcd̄m bnardū bona eſt mors iuſti ꝑpter requieꝫ/melior ꝑpter nouitatē/optima propter ſecuritatem E contra mors peccatoꝝ peſſimā mala ī mūdi amiſſione peior in carnis et anime ſepatione peſſima in duplici vermis et ignis incontricione et qd̄ oīm peſſimum eſt in diuine contemplacionis priuacione Anima Iā ſatis de morte dixiſti dic modo de ſtatu finalis iudicij.

De extremo iudicio multum tremendo Homo

O anima fatio qd hortaris ſed rogo audi cū paciencia Sci-
re dbes ꝙ quāuis de morte meditari ſit horribile / de ſtatu
tn̄ finalis iudicij cogitare vt eſtimo non minus eſt formida
bile Quia tunc nullus fallere poterit ſapienciā / flectē iuſti-
ciā / inclinare clemenciā / declinare vltionis et iuſte retributi
onis ſentenciam Tunc enim iudiciū faciet geſtoꝝ quiſqȝ ſu-
oꝝ Añ bernardꝰ Cōſidera anima mea cū tremore / quid e
rit de te in die nouiſſimo / qñ contra te de cogitationibꝰ loq̄-
tur conſciencia / qñ te de omnibus actionibꝰ tuis accuſabūt
elementa / qñ contra te crux portabitur in teſtimonium / qñ
contra te clamabunt vulnera / allegabunt vincula / claui lo-
quentur / cicatrices conquerentur O anguſtie / hinc erūt pec
cata accuſancia / illuc terrēs iuſticia / intus vrens conſcia / ſub
tus horrendum chaos inferni / ſupra iudex iratus iuſti iudi
cij foris mundus ardens / et iuſticia iudicantis terrens / Et
ſi iuſtus tunc vix ſaluabitur / impius et pccōr vbi parebunt
ad q̄ ꝑtem ſe ꝑment / latere erit impoſſibile / apꝑere intolle-
rabile Item ancelmus. O anima peccatrix lignum invtile
et aridum / eternis ignibus dignū / quid reſpondebis in illa
die / qñ exigetur a te vſqȝ ad ictum oculi omne tempꝰ tibi im
penſum / qualiter a te ſit expenſum / Eya eya aīa mea qd tūc
erit de cogitationibus vanis et invtilibus de verbis leuibꝰ
iocoſis / ꝛ ridiculoſis / de opibꝰ bonis et fructuoſis Ambſiꝰ
Ve michi domine ſi peccata mea non defleuero / ve michi ſi
media nocte ad confitendum nomini tuo non ſurrexero /
Jam ſecuris ad radicem arboris poſita eſt / faciat fructū ſi
poteſt grē / qui debet penitencie O anima ſiue vigiles ſiue
dormias / ſēꝑ in auribꝰ tuis illa horribil' vox reſonet / ſurgite
mortui venite ad iudiciū O aīa nūq̄ excidat a memoria tua
Ite maledicti in ignē etnū Veite bñdicti pcipite regnū O
aīa qd ꝑt horribilꝰ ꝛ tribilꝰ audiri q̄ ite / ꝛ qd delcābilꝰ ex
ꝑmi q̄ veite Que ſūt voces q̄ꝝ vna nichil horribilius et al
tera nichil iocūdiꝰ ꝑt audiri O aīa ſepara te nūc a mūdo / vt
tūc poſſis manere cū criſto

Fuge modo mundum/vt tunc ſequaris criſtum/ Declina modo prauoꝝ conſorcia vt tunc ſequi valeas beatorū agmina

## De inferno et penis eius

Poſt hec omnia conuerte radium contemplacionis/ad reproboꝝ tormenta/vide q̄ ſint varia/q̄ aſpera q̄ horribilia/ ⁊ q̄ intolerabilia et infinita Unde bernardus Ego abhorreo vermem mordacem/et mortem viuacem O gehennalis regio fugienda/vbi eſt ignis ardens/frigus rigens/vermis immortalis/fetor intollerabilis/mallei ꝑcucientes/tenebre palpabiles/confuſio peccatorum/imoderacio vinculorum/ horribiles facies demonum

Euigila hic o anima mea et cum formidine magna audi beati auguſtini verba ſic dicentis

Ve inquit illis/quibus preparatur dolor vermium/ardor flāmarum/ſitis ſine potu/fletus et ſtridor dencium/lacrime oculorum/vbi mors optatur/ſed nō dabitur ei vbi nullus ordo ſed ſempiternus horror inhabitat Quis putas tunc erit meror/que triſticia/et quis luctus/qn̄ ſeparantur iniqui a conſorcio iuſtorum/et tradentur poteſtati demonum/et ibūt cū eis in ſuppliciū eternū/ ibiqꝫ ſemꝑ erunt ſine fine in luctu/et planctu/et gemitu/procul a gaudijs paradiſi/nūq̄ refrigeriū ſuſcepturi/ſed ꝑ multa milia ānorum cruciandi/nūq̄ tamen heu miſeri liberandi Ibi torquens ⁊ puniens non fatigabitur Ibi qui torquetur nūq̄ morietur/ Sic enim ignis ille cōſumet/vt vitam tamen ſemꝑ conſeruet Sic vetera tormēta pacientur/vt ſemper innouētur Sic ſine ſpe vite ⁊ miſericordie ſemꝑ viuent/vt non moriantur/ſic moriuntur vt tamen nūq̄ coſumantur/vt dicit gregorius vbi mors ſemper viuit/vita ſemper incipit/et defectus deficere neſcit

O homo quare in inferno vt dicis mors queritur/et nō inuenitur/et quare punitur eternaliter qđ committitur temporaliter Homo Quia ſcđm gregoriū quib⁹ in hoc ſeculo vita offertur et nolūt accipere/in inferno querent mortē et nō poterunt inuenire/ Idem Iniqui voluiſſent libenter ſine fine viuere/vt potuiſſent ſine fine i iniquitate permanere Ad diſtricti ergo iudicis iuſticiā pertinet vt nunꝗ͂ careant ſupplicio quoꝝ mens in hac vita nūꝗ͂ voluit carere peccato O anima ſi hec predicta videntur tibi horribilia/audi illa que ſunt omnibus hijs grauiora Criſoſtomus ſup matheum Si mille gehennas michi ꝓponas/non tm̄ reputo ſicut ab illius glorioſe ſocietatis iocunditate expelli/et exoſum fieri creatori O anima terribilis eſt gehenna/ſed terribilior iudicis facies irata/ſed quod omnem vincit/terrorē eſt a beatiſſime et iocundiſſime trinitatis contemplacione elongatio eterna

O anima mea nota bene ſequencia

Criſoſtom⁹ excludi a bonis eternis/et alienū effici ab hijs que preparauit deus diligentib⁹ ſe/tantū generat cruciatū/ vt ſi exteri⁹ nulla pena torqueret hec ſola ſufficeret/ Et melius eſſet mille milia flāmaꝝ tormentorūqꝫ ſuſtinere/ꝗ͂ xp̄i faciē manſuetiſſimā iratam videre/et ab ipa eternaliter diſcedere Ancelm⁹ O aīa ſi de⁹ ſic egit cū angelo ſupbiente/ quid de te erit terra et cinere Ille ſupbiuit i celeſti palatio tu āt i ſtarquilinio Quis āt intollerabiliorē in diuite ſupbiam ꝗ͂ ni paupe aſſerit Vel ſi tā dire et potenter ē punita ſupbia/que ſemp potentib⁹ ſit cognata/q̄liter in te miſera paupcula ē diiudicanda Ora igitur deuote et dic O ihū ꝓpter nomen ſanctū tuū/fac mecū miſericordiā tuā/et obliuiſcere ſupbiā ꝓuocantem Reſpice miſerā te humiliter inuocātē/

recognoſce benigniſſime qꝺ eſt tuū/et abſterge oē qꝺ eſt ali
enū /Miſerere ꝺū eſt temp⁹ miſerenꝺi/ne ꝺampnes in tpe
iuꝺicanꝺi Uerū quiꝺē eſt ꝙ conſcia mea meruit ꝺampnati
onē/nec pn̄ia ſufficit aꝺ ſatiſfactionē/ſꝫ tn̄ certū eſt ꝙ tua mia
omnē ſupat offenſionē Gregorius O ſi hō intelligere poſſꝫ
quiꝺ āmiracionis hꝫ/ecce ſponſus venit/qꝺ ꝺulceꝺinis que
pate erāt intrauerūt cū eo aꝺ nupcias/quiꝺ vero amarituꝺi
nis et clauſa ē ianua O aīa quiꝺ plura Cogita ꝙ̄ malū et a-
marū ſit a xp̄i facie ſepari/ab illo gauꝺio ꝺiuine cōtemplaci
onis excluꝺi/et btiſſima oīm ſanctoꝝ oīm ſocietate priuari/
mori vite eterne/et viuere morti ſempiterne ꝓfūꝺo fluctuā-
tis gehēne emergi/eꝺaciſſimis vermib⁹ in et̄nū laniari/nec
finiri t̄bulacōes incēꝺij fluctuātis/et ſtrepitus pati baratri
fumātis/amara caligine oculos obcecari/nō ſentire qꝺ illu-
minet ſꝫ qꝺ cruciat Itē auguſtinus Tāta erit in iferno vis
ꝺoloris/vt ſe non ferat alias intencio cogitacionis

Aia ꝓꝺictis valꝺe ꝑterrita petit nūc v̄ba cōſolatoria ꝺicēs

O hō iā timore cōtremiſco/iā horrore ꝺeficio/ꝺic q̄ſo o hō
aꝺ quiꝺ valet tā lamentabilis meꝺitacio Homo O aiā
puto/ ꝙ ꝓꝺictoꝝ continua ⁊ ꝺeuota meꝺitacio eſt pccōrum
meꝺela/et aꝺ queqꝫ bona agenꝺa/et mala ſuſtinenꝺa ſaluti
fera exercitacio Un̄ bnarꝺ⁹ Uigilias times/manuūqꝫ la
bores/ſꝫ leuia ſunt hec meꝺitanti flāmas ꝑpetuas Recorꝺa
cio tn̄brarum exterioꝝ/facit nō horrere ſolituꝺinē Si futu
ram ꝺe v̄bis ocioſis cogitas ꝺiſcuſſionē/ nō ꝺiſplicebit ſilen
ciū fletus etern⁹ et ſtriꝺor ille ꝺenciū/an̄ oculos mētis ſepe
reꝺucti/pares tibi reꝺꝺēt mattam et culcitrā Auguſtinus
mēs hūana munꝺi hui⁹ illecebris et cōcupiſcencijs ꝺeuicta
fugit laborē expetit voluptatē et vix aꝺ hoc inꝺucit̄ vt a ſe
cōſuetuꝺines vite prioris excluꝺat Sꝫ cū ceperit cogitare
futuri iuꝺicij necitatē et penaꝝ eternarū cruꝺelitatē volūta

riū bellū indicit paſſionib⁹ mota vel ſpe p̄mij vel timore ſup
plicij vim facit priſtinis deſiderijs et violenter ſe ipām vin-
cere cōtendit Gregori⁹ Conſuetudo que lōgius fuerit ꝓ-
tracta et cōfirmata nō cū ꝑuo labore vincitur oē pccm̄ cōſue
tudine vileſcit et fit hoi quaſi nullū ſit O felix mortale gen⁹
ſi ſemꝑ haberet eternū p̄ mente bonū fineq̄ȝ timeret Alia
O hō iam me miſeram in hac lacrimaꝝ valle ꝓiectam ſatis
ēruiſti/ſed nō infructuoſe docuiſti Miſerere nūc michi/mi
ſerere et fac qḋ dudū ꝓmiſiſti/ꝓpone paululū de felicitate
ꝑpetua/ſi forte valeam ex hoc aliqua capere mentis ſolacia/
nā alternis vti delectabile ē Quia ſcd̀m auguſtinū ſiue plec
tendo/ſiue ignoſcendo/ſiue corrigendo/ſiue detrendo/ſiue
cōſolando/ſemper bene agitur vt vita hominis corrigatur
Seneca Generoſus eſt animus hominis/et in poteſtatem
recalcitrans/facilius ducitur q̄ꝫ trahitur Attēde ergo quā
glorioſus eſt anim⁹ hominis ſepe enim facilius ducitur le-
uibus et blandis q̄ꝫ terribilibus et aduerſis ſepe magis alli
citur ꝓmiſſis conſolatorijs q̄ꝫ ſi cogatur minis et terrorib⁹
Unde ſoror noſtra ſponſa trahi cupiebat odore celeſtium
vngentorum/ac ſapore cariſmatum diuinorum/et ſic cum
ſponſo currere in viam mandatorum/non iam ex timore ſȝ
ex amore delectabiliter adimplere

Cur ſpiritualis conſolacio multis ſubtrahitur et aduerſis
erudiūtur Homo

O anima verū eſſe ꝯfiteor qḋ loqueris ſed heu multi ſunt/
qui deū imitari nolunt in ꝓſperis/vn̄ neceſſe habent deter-
reri aduerſis Multi enim ſunt q diuina cariſmata vel ꝓpt̄
cecitatē nō intelligūt/vel ꝓpter negligenciā vanis occupati
onib⁹ ꝑdūt Un̄ vt eſtimo de⁹ ex ſue īfinite bonitatꝭ īmēſita
te ſꝑ pat⁹ eēt magꝭ cōſolacōib⁹ fouere q̄ꝫ aſꝑitatib⁹ deterre
re ſi hoīes eq̄ diſpoīti eēnt vt ſuā diuinā cōſolacōeȝ recipent
que adeo ē p̄cioſa ꝛ ml̄tū copioſa atȝ delicā q̄ꝫ nl̄lomō decȝ r̄

expedit vt indifferenter omnib⁹ tribuat̃ Tu ergo ſi ad hec tibi ꝓpoſita ad hanc aſpiras/oportet ꝙ habeas purgatum intellectũ et bene diſpoſitũ Quia ſcd̃m auguſtinũ ſummũ bonũ niſi purgatiſſimis mentib⁹ cernitur Et puto ꝙ multo min⁹ nõ niſi valde bene diſpoſitis affectibus deguſtetur A multis enim in hac vita valde inſipide ſpeculatur a quibus eciã minime deguſtatur Unde idẽ aug⁹ orat dicens Fac me precor dñe guſtare per affcm̃ qđ capio ꝑ intellectũ Fac me ſentire ꝑ amorem/qđ ſentio ꝑ cognicionẽ Anima Dic queſo o homo que debent diſpoẽꝫ in affcũ et in intellectu p̃ cedere/vel ſaltem ad modicam mentis ebrietatem celeſtem valeam cõtemplando deguſtare dulcedinem

Hic anima plangit ſe aliqñ multum laboraſſe/et de celeſti dulcedine nichil recepiſſe dicens

Jam enĩ dudũ in ſpeculacõe mentẽ exercitaui ſed heu adhuc nũꝗ̃ vt timeo vel modicã ſtillam illi⁹ celeſtis dl'cedinis ſenſi/multa de ſanctoꝝ vita et cõuerſacione legi/ml'ta de natura de opacionib⁹ et de ordinib⁹ angeloꝝ/nõnulla de ineffabili diuine trinitatis vnitate/plura de btõꝝ oim ineſtimabili felicitate Et qñ p̃dictis toto ſtudio mentem occupaui/heu adhuc ieiuna et famelica ꝑmanſi/et ſempꝑ cũ beato auguſtino clamaui Fac me clemẽtiſſime pater guſtare ꝑ affcm̃ qđ ſentio ꝑ intellcm̃/et tñ nõ ꝑfeci/ſed ſepius longo ſtudio fatigata et michimetipi/irata clamaui cũ ꝓpħa/expectãdo micas que cadũt de dñi menſa in aula celica Uſqꝫquo dñe obliuiſceris me ĩ finẽ/vſqꝫquo auertis faciẽ tuã a me Quia eciã ſi me indignã ad manducãdũ panẽ filioꝝ iudicaui/micas ſaltẽ minutiſſimas decidentes cũ magno deſiderio expectaui Sed heu vt frequẽcius apto ore inhiãs invanum laboraui

Cur ſeruo dei ſpũalis conſolacio ſubtrahitur Homo

O cariſſima aīa predicta que lamentabiliter es cōqueſta ac
cidunt ex duplici cauſa aliqñ ex valde pia et ſalutifera diue
bonitatis diſpenſacōe Vñ gregoriꝰ differre ſolet pater piꝰ
voces peticiū ad tempꝰ vt deſideria creſcāt ⁊ eo magis ex
audiāt ad meritū quo ciciꝰ nō exaudiūtur ad votū Idem
Sancta deſideria ex dilacōe creſcūt/ſi aūt ex dilacōe defici
unt deſideria nō fuerūt Deꝰ eni q̄uis ꝑ ꝓprietatē eſt clemē
tiſſimꝰ/tñ aliqñ cōtingit vt ꝟ qd libētiſſime tribuit diuciꝰ ꝓ
trahit vt diſcas magna ſolliciciꝰ cū grāꝝ actione cōſeruare
Aliqñ eciam beneficiū ꝓtrahit expoſtulātis iordinata diſ⸗
poſicione Vñ bernardꝰ Errat oīno ſi quis illā celeſtē dl'ce
dinē/huic cineri/diuinū illd balſamū huic venenoſo gaudio
cariſmā illa ſci ſpūs hꝰ ſcl'i illecebris miſceri poſſe arbitrat̄

Explicit tercia ꝑs huiꝰ libri q̄ eſt de morte iudicio ⁊ iferno
Sequitur ꝑs quarta que ē de gl'a et gaudio ꝑadiſi celeſtis

Ed iam o anima ne diucius te ꝓtraham nec ampli
us per exſpectacionē te affligam/purga intellectū
a vanis et inutilibus fātaſijs a naturalibus et curioſis racio
nibus ab extraneis et forinſecis occupacionibꝰ/purga eciā
affectū a culpa et a culpe ſequela et a culpe occaſione et cau⸗
ſa Erige racionem dilata et expande affectionē/et intra in
gaudiū domini tui qd nec oculꝰ in hac vita ꝑfecte vidit/nec
auris audiuit/nec in cor hominis aſcendit Auguſtinꝰ Ex⸗
ardeſce ergo o aīa mea amore et deſiderio ſuꝑne vite/vbi ac
cio nō opoſa/reqes nō deſidioſa/vbi vita ſine defeccōe laus
diuina ſine ceſſacione Vñ et bernardus Gaude igit̄ aīa et
exulta ac magnā mercedē laboris tui cōſidera que reuera ē
tam multa ꝙ nō p̄t nūari tā magna ꝙ non p̄t menſurari/tam
ꝑcioſa ꝙ nō p̄t eſtimari/tā copioſa ꝙ nō p̄t terminari Aīa
O homo multa iā dixiſti in genere/dic queſo ſingula nūc in
ſpecie quia magis intelligimꝰ que ſpēaliter diſtinguūtur/q̄ꝫ

q̄ generaliter exp̄imuntur    Homo    O aīa quid di
cere valeo/cum futurū gaudium aſpicio/iā pene p̄ āmiracō
ne deficio/qꝛ gaudiū tuū erit intus et ex̄/ſubtus et ſupꝛa cir⸗
cum et circa Gaudebis enī in omnibus/gaudebis de oīb⁹
Gaudiū tuū vtputo pꝛefiguratū eſt in apocalipſi/ꝑ illā mu
lierē btām/q̄ amicta fuit ſole et luna ſub pedibub eius et co⸗
rona ſtellarum duodecim in capite ei⁹ / Mulier iſta vt eſti
mo eſt anima beata eterni regis filia/ſponſa et regina Filia
inq̄ꝫ ꝑ nature creacionem/ſponſa ꝑ gracie adopcōeꝫ regina
ꝑ glorie collacionē Hec bernard⁹ Dicit̄ amicta ſole qꝛ de⸗
coꝛata ſplendoꝛe claritatis deifice Coronata dyademate
felicitatis eterne/in qua felicitate ob ſpeālem decoꝛē/ſūt xij
gaudia ꝑ duodecim ſtellas figurata/ꝑ que decoꝛat̄ et oꝛna⸗
tur felicitas ſuꝑna Hec gaudia debes tu o aīa cotidie deuo
ta mēte tractare/et ruminare/et nullā pn̄tis miſerie ⁊ incola
tus conſolacōeꝫ q̄rere ſ; ſpe illius gaudij oēm tribulacionē
vite pn̄tis pacienter et gaudenter ſuſtinere Vn̄ beda o aīa
nō turberis ſi mali in hoc mūdo floꝛent et tu patiaris ſi gau
dent et tu ꝑturbaris Mali heu nullū locum habent in celeſ
ti gaudio nec tu cures ſi nichil habueris in hoc ſeculo Sed
ſpe illius gaudij quo tēdis quitqt in via aduerſitatis occur⸗
rat affectus tuus gaudenter et pacienter ſuſtineat Bernar
dus o aīa ſi te dilcānt aliqn̄ mūdana gaudia falſa hui⁹ ſeculi
gloꝛia bꝛeuis et caduca potencia illic mentē euoca et oīa re⸗
puta vt ſtercoꝛa Curre ergo aīa mea nō paſſib⁹ coꝛꝑis ſed
affectibus et deſiderijs qm̄ non ſolū angeli et beati ſed et an
geloꝝ dn̄s et magiſter te exſpectat Exſpectat te deus pat̄
tanq̄ꝫ filiā dilectiſſimā de⁹ filius tāq̄ꝫ ſponſam dl'ciſſimā de⸗
us ſpūs ſanctus tāq̄ꝫ amicā ſibi gratiſſimā Exſpectat te de
us pater vt heredē vniuerſoꝝ bonoꝝ te conſtituat de⁹ fili⁹
vt te fructū ſue natiuitatis et pꝛeciū ſui pꝛecioſiſſimi ſangui⸗
nis deo pꝛi offert/de⁹ ſpūs ſanct⁹ vt ſue etne btitudinis et
dl'cedinis ꝑticipem te faciat Exſpectat eciā te illa btiſſima

oim celeſtiū ſpirituū eterni regis familia vt te in ſuū conſor‑
cium ſuſcipiat Tu ergo ipoꝝ ſocietatē ſup oia deſidera / nā
cū magna difficultate illic venires ſi eam in hac lacrimaruꝫ
valle non amaſſes Iheronimus Quociens ergo te vana
hui⁹ ſeculi ambitio delectat/quociēs videris in hoc mundo
aliquid glorioſum/ſtatim ad celū mēte tranſgredere/ꝛ inci‑
pe eſſe qd̄ futura es Reuera eſtimo o aīa ſi hec celeſtia gau‑
dia iugiter in mente teneres/de hoc exilio quoddam ſubur
bium celeſtis regni conſtrueres/in quo eternā illā dulcedi‑
nem cotidie ſpūaliter prelibādo deguſtares Quia cū aliqd
eternū in mente capim⁹ iam non in hoc mundo ſed in celis
habitam⁹ Auguſtinus Tanta eſt o anima vis tue dilectio‑
nis ꝙ ibi veri⁹ habitas/vbi ꝑ contemplacionē amas/ꝙ̄ vbi
per eſſenciā animas Bernardus Hoc ē cariſſima aīa reg‑
nū dei/qd̄ intra nos eſt/ꝙ heu miſerabiliter negligim⁹/cū fo
ris ad inania et vana fuſi ſumus Vn̄ et gregori⁹ fuſi ſumus
foras de regno dei qd̄ intra nos ē nichil curātes foris q̄rim⁹
cōſolacionē de rebus vanis et inſanijs falſis/ita ꝙ iā religio
nis antique deuocionē amiſim⁹ adeo ꝙ nec ſpeciem ipſius
retinemus Tu ergo ipſius o anima eterni patris filia/audi
mente deuota et inclina aurē tuam ad ſancta et ſalutifera cō
ſilia/vide per contemplacionem celeſtis regni conſolacionē
et obliuiſcere ꝑ contemptū et deteſtacionē populum tuum
et domum patris tui/hoc eſt mūdum/dyabolum/et teipſam
et omnem vanā ambitionem Vide ergo o anima et deuota
mente ꝑtracta qualiter illi diuini ꝛ celeſtes ſpiritus/qui pre
ſentis vite et ꝑiculū miſerie euaſerunt quāuis ab illius eter‑
ni ſolis ſplendore ſe nunꝙ̄ poſſint auertere/aliquādo tamē
contēplaciones cōuertunt ad inferiora/ qn̄qꝫ ad ſuꝑiora ali
qn̄ ad interiora/et aliqn̄ ad exteriora Cōuertūt inꝙ̄ ad iſe
riora et gaudent ex triplici cā Vident eni primo ꝙ tā ipſos
horribiles et crudeles hoſtes ꝑ diuinā potenciā ſuꝑauerūt
Scd̄o oēs deſcēſ et pccā ꝑ diuinā ſapiām vitauerūt vel iā

dudū cōmiſſa correxerūt Tercio q tam horrendū cahos et tam lamentabiles et interminabiles cruciatus eternos p diuinā clemenciā euaſerūt O anima mea q̄to putas gaudent gaudio/qn̄ tot vident a carne mundo et dyabolo ſupari/tot tam diuerſis peccatis de quib⁹ nunq̄ merentur veniā iquinari/et tot eternaliter ſine fine cōdempnari Auguſtin⁹ Sicut nō cōpatimur piſcibus/quos in gurgite natare videm⁹ ita nō compaciunt̄ ſancti hijs qui ſepulti ſunt in iferno Re uera o aīa tūc puto q de morte trāſiſſe ad vitam/vite duplicat gaudiū O dn̄e de⁹ ſi nūc tam graue piculum eſt in bello q̄tum tunc erit gaudiū de triūpho/cū pt⁹ deuictū mundum deuicto impio pharaone et exercitu eius in mari rubro/tenent omnes electi ſtympanū cū maria pſallentes/canentes/laudantes/et benedicentes dn̄m vna voce dicentes: cātem⁹ dn̄o glorioſe &c Tūc conſtituent̄ duo ſeraphin/hē duo chori angeloꝝ/ſcʒ innocētes et penitentes clamātes alter ad alterū ſanctus ſcūs ſanct⁹ dn̄s deus ſabaoth Sanct⁹ deus pater q nos a mundo carne et dyabolo tam potenter liberauit Sanct⁹ deus filius q nos a pena et culpa tā ſapienter iuſtificauit Sanct⁹ de⁹ ſpūs ſanctus q nos tā clementer ab eternis tormētis pſeruauit/plena eſt ōis terra gl'a eius/qui nos de mūdi miſeria ad celeſtis regni gaudia reuocauit O anima qualis tibi dies erit illa/cū ad hanc felicem choream fueris aſſumpta/et cū tibi omne tormentum ſi pie vixeris/ſi pacienter ſuſtinueris/conuertetur in eternum iubilum Tunc de omnibus hijs laudabis dominū deum/labijs exultacionis dicens Miſericordias dn̄i in eternū cantabo Quo cātico ſcōm auguſtinū qd decantatur in laudem glorie xpriſti cui⁹ ſanguine liberati ſum⁹/nichil eſt iocundius illi ciuitati/nichil dulcius Tu ergo cum temptacionibus pbaris/cum pſecucionibus impugnaris/cūqʒ in hoc ſeculo varijs tribulacoinibus infeſtaris/tunc mente in celum euola/et cogita q non ſunt cōdigne paſſiones huius temporis ad futuram

gloriam/que reuelabitur in nobis et cogita ꝙ hec non ſunt
aliud niſi eterni gaudij materia Et ſcdm gregoriu̅ Cōſide
ratio p̄mij minuet vim flagelli Idem Si conſiderem⁹ que
⁊ quāta ſu̅t que nobis ꝓmittu̅tur in celis vileſcu̅t aīo omnia
que habent in terris Reuera nō tantu̅ bona que delectabi
liter poſſidemus/veru̅ eciā mala que lamētabilit̄ ſuſtinem⁹
vileſcu̅t Unde et bernardus Nō ſunt cōdigne paſſiones
hui⁹ tempꝰis ad preteritā culpam que dimittitur ad pn̄tem
grām que immittitur ad futurā gloriam q̄ ꝓmittit Quā tu
